
Digitized by Google



chi l'a pi 'd fil farà pi 'd teila

Ex libris

LUIGI FIRPO

26. 3. 33.

FIRPO

2713

BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO

FIRPO
2713
BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO

Digitized by Google

Collegij Soc: Jesu Monachij.

Dupl. D.



Collegij Soc: Jesu [illegible]



Ampliſſimo, Clariſſimo, Doctiſſimoque Viro,

D. IACOBO BALDVINI BERLICOMIO, I. V. Q. Licentiato, Affini ſuo plurimum obſervando, & dilecto,

Commentarium hunc de Regno Galliæ

L. M. Q.

Dedicat IOANNES de LAET, IV Kal. Iun. CIƆ IƆC XXIX.

Ampliſſimo, Clariſſimo, Doctiſſimoque Viro,

D. IACOBO BALDVINI BERLICOMIO, I. V. Q. Licentiato, Affini ſuo plurimum obſervando, & dilecto,

Commentarium hunc de Regno Galliæ

L. M. Q.

Dedicat IOANNES de LAET,
IV Kal. Iun. CIↃ IↃC XXIX.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Benevole Lector, in limine hoc te monendum duximus, Commentarium hunc plane diverſum eſſe ab illo, qui anno CIƆ IƆC XXVI *ex eadem hac officina prodiit, ſub titulo;* Reſpublica ſive Status Regni Galliæ, diverſorum authorum. *Nam cum in illo feſtinata opera trium authorum libelli congeſti ſint, qui fere idem argumentum ſibi propoſitum habuerunt; (niſi quod Claudius Seſellius V. C. maxime in eo laboravit, ut oſtenderet, quid in Regimine Galliæ merito deſideraretur:) in hoc eandem pene metho-*

PRÆFATIO AD LECTOREM.

B*Enevole Lector, in limine hoc te monendum duximus, Commentarium hunc plane diverſum eſſe ab illo, qui anno* CIↃ IↃC XXVI *ex eadem hac officina prodiit, ſub titulo*; Reſpublica ſive Status Regni Galliæ, diverſorum authorum. *Nam cum in illo feſtinata opera trium authorum libelli congeſti ſint, qui fere idem argumentum ſibi propoſitum habuerunt; (niſi quod Claudius Seſellius V. C. maxime in eo laboravit, ut oſtenderet, quid in Regimine Galliæ merito deſideraretur:) in hoc eandem pene metho-*

dum ſecuti, quam in Hiſpaniæ deſcriptione nuper obſervavimus, illa quæ politices ſtudioſis potiſſimum obſervanda eſſe exiſtimamus, ad certa capita revocavimus, atque ita digeſſimus, ut unicuique proclive deinceps futurum ſit, ea porro addere quæ à nobis forte omiſſa ſunt, quæque ipſe aut inter legendum, aut peregrinandum obſervaturus eſt. Facies Regnorum atq; Rerumpublicarum crebro mutat; itaque perdifficile eſt, præſentem & veram accurate deſcribere, niſi coram inſpicias, & in ſingula diligenter & caute inquiras. Quare monendi ſunt ii, qui aliquando ad Rempublicam accedere meditantur, & in illum finem extera Regna, Principatus aut Reſpublicas inviſunt, ut ipſi diligenter ſingula examinent, & in adverſaria ſua ſecundum noſtram methodum coniiciant, ne temere in poſterum alienis obſervationibus fidentes, aut fallantur ipſi, aut alios fallant. Nos quidem maxime probatis authoribus potiſſimum hic uſi ſumus, & bona fide ſingula expreſſimus; ſed gravibus negotiis impediti, commentarium hunc non potuimus penitus perpolire. quod te, benevole Lector, ut æqui bonique conſulas, rogamus.

vationibus fidentes, aut fallantur ipſi, aut alios fallant. Nos quidem maxime probatis authoribus potiſſimum hic uſi ſumus, & bona fide ſingula expreſſimus; ſed gravibus negotiis impediti, commentarium hunc non potuimus penitus perpolire. quod te, benevole Lector, ut æqui bonique conſulas, rogamus.

Indiculus eorum quæ hoc Commentario continentur.

I.

GALLIAE totius Geographica deſcriptio, è probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus collecta: in qua provinciæ ſingulæ hoc ordine deſcriptæ ſunt.
Picardia. pag. 1.
Francia. pag. 10.
Normannia. pag. 15.
Belſia. pag. 20. *la Beauſſe.*
Campania. pag. 26.
Britannia. pag. 30.
Pictones. pag. 34. *Poictou.*
Sanctones. pag. 38. *Xaintonge.*
Bituriges. pag. 49. *Berry.*
Burgundia. pag. 52.
Borbonia. pag. 56.
Lemovices. pag. 59. *le Limoiſin.*
Petrocorii. pag. 61. *Perigord.*
Arverni. pag. 62. *Auvergne.*
Cadurci. pag. 63. *Quercy.*
Rutheni. pag. 65. *Roucigne.*
Aquitania. pag. 66.
Vaſcones. pag. 71.
Languedocia. 75.
Lugdunenſis provincia. 81.
Delphinatus. pag. 81.
Provincia. pag. 83.
Sebuſiani. pag. 86. *Breſſe.*
Benearnium. pag. 87. *Bearne.*

II. De cœli ſolique in ſingularibus provinciis quantatibus. pag. [illegible]

III. Ducatus, Comitatus, aliaque Dominia Coronæ unita. pag. [illegible]

IV. De Gallorum moribus tam in communi, quam particulari. pag. [illegible]

V. Galliæ regimen politicum & civile. quo capite hæc ſpeciatim continentur.

1. De Regimine in [illegible]
2. De Attributis, amplitudine, præſtantiaque Regum Galliæ. [illegible] 41.
3. Iura quædam Regalia. pag. [illegible]
4. De auctoritate & prærogativa Regiarum Galliæ. pag. 150.
5. De filiis Regum, eorum aſſignationibus & beneficiis. pag. 152.
6. De filiabus Franciæ. pag. [illegible]
7. De Principibus agnatis. pag. [illegible]
8. De Paribus Franciæ. pag. 161.
9. De tribus Galliæ Ordinibus. [illegible] 169.

VI. De ſummis officiis Galliæ. [illegible]

1. De Conneſtabili & Mareſcallis Magiſtroque baliſtariorum Galliæ. pag [illegible]
2. De Ammiralio Galliæ. pag. 179.
3. De magno Magiſtro Galliæ. p. 181.

§ 4. De

Provincia. pag. 83.
Sebuſiani. pag. 86. *Breſſe.*
Benearnium. pag.87. *Bearne.*
II. De cœli ſolique in ſingularibus provinciis qualitatibus. pag. 91.
III. Ducatus, Comitatus, aliaque Dominia Coronæ unita. pag. 98.
IV. De Gallorum moribus, tam in communi, quam particulari. pag. 113.
V. Galliæ regimen politicum & civile. quo capite hæc ſpeciatim continentur.
1. De Regimine in genere. pag. 135.
2. De Attributis, amplitudine, præſtantiaque Regum Galliæ. pag. 141.
3. Iura quædam Regalia. pag. 148.
4. De auctoritate & prærogativa Reginarum Galliæ. pag. 150.
5. De filiis Regum, eorum aſſignationibus & beneficiis. pag. 152.
6. De filiabus Franciæ. pag. 157.
7. De Principibus agnatis. pag. 161.
8. De Paribus Franciæ. pag. 165.
9. De tribus Galliæ Ordinibus. pag. 169.
VI. De ſummis officiis Galliæ. ubi
1. De Conneſtabili & Mareſcallis, Magiſtroque baliſtariorum Galliç. pag. 174.
2. De Ammiralio Galliæ. pag. 179.
3. De magno Magiſtro Galliæ. p. 181.
* 5 4. De

4. De Archimagiro Galliæ. pag. 182.
5. De maximo à poculis ſeu Pincerna Galliæ. pag. 183.
6. De maximo Franciæ Artocopo. pag. 184.
7. De ſummo Hippocomo Galliæ, qui Gallice dicitur *le grand Eſcuier de France*. pag. 185.
8. De ſummo Venatore & Accipitrario Galliæ. pag. 186.
9. De maximo Præfecto Cubiculi Franciæ. Gall. *le grand Chambrier*. pag. 187.
10. De ſummo Cubiculario Franciæ. vulgo *Grand Chambellan de France*. pag. 189.
11. De ſummo Magiſtro, quæſtore & reformatore generali aquarũ ſylvarumque Galliæ. pag. 190.
12. De Gubernatoribus Provinciarum, Prorege & Vicariis generalibus. pag. 191.
13. De Conſilio privato Regis. p. 194.
14. De Equitibus regii Ordinis, & ſtatu Equitum. pag. 199.
15. De Præfecto prætorio Regis, ſive Rege Ribaldorum. pag. 206.
16. De Officiis domeſticis Regis, Reginarumque, item filiorum & filiarum ipſorum. p. 209.
17. De Cancellario. pag. 215.

18. De

18. De Magiſtris Requeſtarum. p. 217.
19. De Parlamentis Regni. pag. [illegible]
20. De Procuratore generali & duobus Advocatis regiis. pag. 2[illegible]6.
21. De magno Conſilio. pag. [illegible]
22. De quatuor Theſaurariis Franciæ. pag. 238.
23. De Camera Theſauri. pag. 240.
24. De quatuor Generalibus Franciæ. pag. 241.
25. De Generalibus Iuſtitiæ Auxiliorum. pag. 243.
26. [illegible] 45.
27. De Balivis & Seneſchallis. p. 246.
28. De Electis. pag. [illegible]
VII. De opulentia [illegible] regni Galliæ. pag. 251.
VIII [illegible] & computandi ratione. pag. 266.
IX [illegible] ibus rebus conſtet, ubi hæc tractantur:
1. Patrimonium regium, vulgo *le Domaine*. pag. 27[illegible].
2. Tributa. *Tailles*, *Taillon*, *Crues*. pag. 275.
3. [illegible] vulgo *Aydes*. pag. 279.
4. Gabella ſalis. pag. [illegible]
5. Equipollent. pag. [illegible]
6. Vectigal vini. pag. 28[illegible]
7. Portoria. *Traitte Foraine*. p. 283.

8. Tri-

18. De Magiſtris Requeſtarum. p. 217.
19. De Parlamentis Regni. pag. 220.
20. De Procuratore generali, & duobus Advocatis regiis. pag. 236.
21. De magno Conſilio. pag. 237.
22. De quatuor Theſaurariis Franciæ. pag. 238.
23. De Camera Theſauri. pag. 240.
24. De quatuor Generalibus Franciæ. pag. 241.
25. De Generalibus Iuſtitiæ Auxiliorum. pag. 243.
26. De Camera Computorum. p. 245.
27. De Balivis & Seneſchallis. p. 246.
28. De Electis. pag. 249.
VII. De opulentia & potentia Regni Galliæ. pag. 251.
VIII. De re monetaria & computandi ratione. pag. 266.
IX. Reditus Regni quibus rebus conſtet. ubi hæc tractantur:
1. Patrimonium regium. vulgo *le Domaine*. pag. 272.
2. Tributa. *Tailles*, *Taillon*, *Crues*. pag. 275.
3. Auxilia vel ſubſidia. vulgo *Aydes*. pag. 279.
4. Gabella ſalis. pag. 279.
5. *Equipollent*. pag. 281.
6. Vectigal vini. pag. 282.
7. Portoria. *Traitte Foraine*. p. 283.
8. Tri-

8. Tributum ad L. mill. militum ſtipendia. pag. 283.
9. Decimæ. pag. 285.
10. Officia publica venalia. pag. 286.
X. Ærarii regii opes aut anguſtia, & utriuſque cauſæ. pag. 292.
XI. De Comitiis Ordinum Regni. pag. 342.
XII. Familia Regia.
Connubium & liberi Henrici IV cognomine Magni, Franciæ & Navarræ Regis. pag. 367.
Liberi naturales. pag. 368.
Connubia & liberi Principum Condæorum. pag. 370.
Connubia Principis Contii. pag. 371.
Connubia & liberi Comitum Sueſſionenſium. pag. 372.
Genealogia Regis & Reginæ; è qua patet quo gradu conſanguinitatis ſe invicem tangant. pag. 373.
XIII. Sylloge Ducum & Parium Franciæ, prout hodie cenſentur. pag. 373.
XIV. Sylloge illorum, qui ſummis officiis in Regno & aula ſub Ludovico XIII ſuperioribus annis præfuerunt. pag. 380.
XV. Catalogus omnium Equitum S. Spiritus, anno CIↃ IↃC XX. p. 384.
XVI. Illuſtrium & nobilium Galliæ familiarum, quæ ex Regio ſtemmate per lineam maſculinam aut fœmininam deſcendunt, aut connubio cum Regii ſanguinis Principibus conjunctæ fuerunt, aut [illegible] habentur. pag. 392.
XVII. De Præſulibus Galliæ. pag. 41[illegible].
De perceptione fructuum, ſede vacante: quam vocant Regaliam. p. 414.
XVIII. De Reditibus Eccleſiaſticis. pag. 438.
XIX. [illegible] & Chronologia brevis Regum Galliæ. pag. 441.
XX. De Eccleſiæ Gallicanæ [illegible] pag. 4[illegible].

CATA-

familiarum,quę exRegio ſtemmate per lineam maſculinam aut fæmininam deſcendunt, aut connubio cum Regii ſanguinis Principibus conjunctæ fuerunt, aut alioquin clariores habentur. pag. 392.

XVII. De Præſulibus Galliæ. pag. 415.

De perceptione fructuum, ſede vacante;quam vocant Regaliam.p.434.

XVIII. De Reditibus Eccleſiaſticis. pag. 438.

XIX. Series & Chronologia brevis Regum Galliæ.pag.441.

XX. De Eccleſiæ Gallicanæ libertate. pag. 459.

CATA-

CATALOGVS AVTHORUM, quorum ſcriptis in hoc commentario uſi ſumus.

Iacobi Auguſti Thuani Hiſtoria.
Claudius Seſellius.
Ioannes Tilius.
Vincentius Lupanus.
Scævola & Ludovicus Sammarthani.
Ioannes Boterus.
Rudolphus Botereus.
Bernard de Girard, Sr. du Haillan.
Ioannes Bodinus.
Papirii Maſſoni deſcriptio fluminum Galliæ quæ Francia eſt.
Ioſephi Scaligeri notitia Galliæ.
Ioannis Chenu Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Galliæ Chronologica Hiſtoria.
Les Eſtats, Empires, Royaumes, & Principautés du monde, par le Sr. D. T. V. Y. &c.

Les

Les Antiquités & Recherches des Villes, &c. de toute la France, par André du Cheſne.
Ioannis Barclaii Icon Animorum.
L'Hiſtoire du Roy Louys XIII, par Baptiſte Le grain.
Mercure François.
Auguſtin du Pas Genealogie des illuſtres familles de Bretaigne.

Errata

Les Antiquités & Recherches des Villes, &c. de toute la France; par André du Cheſne.

Ioannis Barclaii Icon Animorum.

L'Hiſtoire du Roy Louys XIII, *par Baptiſte Le grain.*

Mercure Françoys.

Auguſtin du Pas Genealogie des illuſtres familles de Bretaigne.

Errata

Summa Privilegii.

I*Lluſtrium & Præpotentum D. D. Ordinum Fœderatarum Belgiæ Provinciarum decreto cautum eſt* Bonaventuræ & Abrahamo Elzeviriis, *Academiæ Leydenſis Typographis, Ne quis præter illorum aut hæredum voluntatem toto decennio proximo, his in regionibus excudat, aut alibi extra Provincias excuſum inferat vendatve, librum hunc, cui titulus,* Gallia, ſive de Francorum Regis dominiis & opibus, Commentarius. *Quod ſi quis contempta auctoritate, directe vel indirecte, præſumpſerit, librum hunc, totum, vel partem ejus, hoc ſive alio modo, extra dictum temporis intervallum typis mandare, vel impreſſum alibi in has oras inferre & vendere; confiſcatione exemplarium, mulctaque inſuper ſexcentorum florenorum, damnas eſto; uti latius patet in ipſo Privilegio, dato Hagæ in conventu D. D. Ordinum Generalium,* XV *Maij*, cIↃ IↃ c XXVI.

G. V. HERTEVELT Vt.

Ad mandatum Præpotentum D. D. Ordinum General. ſſ.

I. van Goch.

I.

GALLIAE TOTIVS
GEOGRAPHICA DESCRIPTIO.

E probatiſſimis quibuſque Scriptoribus compendio collecta.

IN Galliæ deſcriptione nihil nobis difficilius erit quam modum tenere, adeo nos hic quod dici ſolet copia inopes facit. quidam ſecundum Parlamentorum diſtrictus, alii ſecundum flumina, alii aliis modis id agreſſi ſunt, & ſatis feliciter perfecerunt; nos ſingulas illius provincias ordine quo jacent delibabimus. Inter provincias autem vt à limite Belgico ordiamur prima ſeſe offert Picardia; itaque ab illa ordiemur.

PICARDIA.

Picardiam, quæ (vt inquit Thuanus) [præ] aliis provinciis & nobilitate &

[illegible]

I.

GALLIAE TOTIVS GEOGRAPHICA DESCRIPTIO.

E probatiſsimis quibuſque Scriptoribus compendio collecta.

IN Galliæ deſcriptione nihil nobis difficilius erit quam modum tenere, adeo nos hic quod dici ſolet copia inopes facit; quidam ſecundum Parlamentorum diſtrictus, alii ſecundum flumina, alii aliis modis id agreſſi ſunt, & ſatis feliciter perfecerunt; nos ſingulas illius provincias ordine quo jacent delibabimus. Inter provincias autem vt à limite Belgico ordiamur prima ſeſe offert Picardia; itaque ab illa ordiemur.

PICARDIA.

Picardiam, quæ (vt inquit *Thuanus*) præ aliis provinciis & nobilitate &

 equi-

equitatu præcellit, fines habet ad Septentrionem veteris Belgii regiones, quæ hodie Arteſia & Hannonia appellantur; ad ortum Luxenburgum & Lotharingiam; ad meridiem Campaniam, & nobiliſſimam provinciam quæ ſpecialiori nomine Francia appellatur; ad occaſum denique Oceanum Britannicum & Normanniæ partem. Regio eſt fertiliſſima horreumque Pariſiorum, atque adeo reliquæ Franciæ: vino caret, ignavia potius incolarum, quam vel cœli vel ſoli injuria. Dividitur autem in tres partes, in veram, inferiorem & ſuperiorem; Superior hodie pene tota Belgicis provinciis continetur. Vera ſub ſe complectitur Ducatum *Tiraſche* cujus præcipua vrbs Guiſa; Comitatum & Vidamiam Ambianenſem, Comitatum Veromanduorum, in quo ſunt alii quatuor Comitatus, *Soiſſon*, *Noyon*, *S. Quentin*, & *Laon*. Comitatum *Retelois* cujus præcipua urbs *Rethel*, & Vidamias Corbeienſem & Pequignyam. Principales urbes ſunt *Amiens*, *Soiſſons*, *Abbeville*, *Corbie*, *Peronne*, *Dorlen*, *S. Quentin*, *Noyon*, *Laon*, *Boulogne*, *la Fere*, *Beauvais*. Inferior complectitur Santerram, ubi eſt *Mondidier*, *Roye* & *Neſlez* loca ſatis munita. Item Comitatum

Ponthieu cujus præcipuum oppidum *Abbeville*, cætera oppida ſunt *Crotoy*, *Rue*, *Trepor*, *Creſſy*: *S. Paul* & *Monſtreul* eodem comprehendi creduntur. Item Comitatum *Boulogne*, Comitatum de *Guynes*, qui a Comitatu de Oye magno canali dividitur, qui oppidum *Guynes* interſecat: ſub hoc Comitatu ſunt duæ Baroniæ *Ardres* & *Courtebrone*.

Comitatus Oyenſis, qui ſe extendit ad Dunkerkam uſque, caput eſt Caletum.

Præcipui fluvii Picardiæ ſunt Somona vulgo *Somme*, amnis non admodum largus (inquit *Maſſon*.) ſed altus: numquam aſtringitur gelu; uno loco periculoſiſſime navigatur, propter cæcum gurgitem, accolis tamen cognitum. Oritur in Vico Veromanduorum Fervaquio, unde S. Quintini municip. petit: inde Peronam progreditur, ubi flumen ponte jungitur; dehinc Corbiam alluit; mox Ambianum; poſtremo Abbatis-villam. egreditur in mare prope Crotoſium Vrbem, Caſtellum, Portumque Pontivii. Oeſia ſive Aiſia vulgo *Oyſe*, cui Fera aſſidet: Profluit e tenui fonte in ſaltu prope Hieſſon vicum, ſupra Veruinium. Matrona vulgo *Marne*, oritur in vico à

Ponthieu cujus præcipuum oppidum *Abbeville*, cætera oppida ſunt *Crottoy*, *Ruë*, *Treport*, *Creſſy* : *S. Paul* & *Monſtreul* eodem comprehendi credunt. Item Comitatum *Boulogne*, Comitatum de *Guynes*, qui a Comitatu de Oye magno canali dividitur, qui oppidum *Guynes* interſecat : ſub hoc Comitatu ſunt duæ Baroniæ *Ardres* & *Courtembrone*.

Comitatus Oyenſis, qui ſe extendit ad Dunkerkám uſque, caput eſt Caletum.

Præcipui fluvii Picardiæ ſunt Somona vulgo *Somme*, amnis non admodum largus (inquit *Maſſon.*) ſed altus : numquam aſtringitur gelu ; uno loco periculoſiſſime navigatur, propter cœcum gurgitem, accolis tamen cognitum. Oritur in Vico Veromanduorum Fervaquio, unde S. Quintini municip. petit : inde Peronam progreditur, ubi flumen ponte jungitur; dehinc Corbiam alluit ; mox Ambianum;poſtremo Abbatis-villam;egreditur in mare prope Crotoſium Vrbem, Caſtellum, Portumque Pontivii. Oeſia ſiue Aiſia vulgo *Oyſe*, cui Fera aſſidet: Profluit e tenui fonte in ſaltu prope Hieſſon vicum, ſupra Veruinium. Matrona vulgo *Marne*, oritur in vico à

Lingonum urbe diſtante milliar. uno, qui Baliſma appellatur. Axona vulgo *Ayne*, qui prope Noviodunum fluens, apud villam Epiſcopi vulgo *Pont l'Eueſque* in dextra ripa, lapideum pontem habet: in Aiſiam dein illabitur, qui auctus illius aquis recta Compendium petit. oritur in ultimis Rhemorum finibus. Scaldis & denique *Scarpe*. Nunc oppida videamus.

Caletum (inquit *Thuanus*) loco plano poſitum & tribus amplius partibus, amne, rivis ac paludibus fere inacceſſum, ab occidente portu amplo & mari cingitur, forma quadrata, tribus prominentibus propugnaculis ad angulos diſtinctum & quarto quod Meridiem reſpicit, ubi vetus arx ſurgit; ad hæc pomerio ſpacioſo ex terra ſpiſſa congeſta, uti tunc opinio erat, quod poſtea falſum patuit, nam arenoſum toto illo tractu ſolum eſt, quod ad violentos tormentorum ictus inſtar pulveris diſſilit: Foſſa item profunda & ampla in quam amnis Hamia labens, qui urbem alluit, continuo flexu decurrit & rivi paludem circumjacentem irrigantes, in eum pariter exonerantur; per paludem ad vrbem aditus non eſt niſi per aggerem, cui Novembriga impoſita eſt: per mare navibus in

in portum ingreſſus non patet, niſi permittentibus Risbani præſidiariis. Ab Anglis receptum oppidum à Duce Guiſio VI Idus Ian. CIƆ IƆ LVIII. Arx forma quadrata IV propugnaculis diſtincta, duobus in portum prominet. Alterum quod contra urbem ulteriorem proſpectum habet, e terra friabili ad primos tormentorum ictus diſſilitura, ab Hiſpanis continuata ad meridiem pulſatione concidit, atque ita captum oppidum anno CIƆ IƆ XCVI. Sed rurſus à Rege recuperatum.

Samarobriga (vulgo *Amiens*) in Ambianis caput gentis, (inquit *Thuanus*) urbs dives ac populo armorum, vt in limite, non inexperto potens, templiſque ac pulchris ædificiis ornata, ob præcipuam in Reges fidem ab antiquo ampliſſimis privilegiis quoque donata fuerat, cuſtodia urbis penes decurionum collegium, quod in ea magnę autoritatis erat manente; itaque neque novo tributo ullo neque præſidio tam intra urbem, quam in ſuburbiis accepto, gravari poſſe per privilegia ſua cauſabatur, vt fide ſic libertate ſemper inviolata ſervata uſque ad poſtremos tumultus Gallicos, à quibus in partes ut pleræque aliæ raptata, tandem Regi conciliata rurſus antiquorum privile-

giorum confirmationem impetraverat. Anno CIƆ IƆ XCVII. ab Alberto Auſtriaco ex inſidiis capta; & eodem anno à Rege Henrico per deditionem recepta. Ab ortu Somona ex Corbia deſcendens urbem intrat & divortio aquarum Septentrionem verſus tendens, arcus ſpecie eam complectitur, ac tandem ab occaſu eam deſerit, Piquigninum & Abbatis-villam verſus tendens; tribuſque pontibus in urbe jungitur & cum altero brachio confluens inſulam oblongam efficit, ad Monteſcutanam portam humilior quod editior ſit locus.

Pequigninum infra Ambianorum oppidum eſt trib. mill. ponteque jungitur; inquit *Maſſon*.

Corbia IV mill. ſupra Ambianum, in limite, ad Somonam ſitu munitum & Cœnobio venerandæ antiquitatis & exquiſita librorum ſupellectile olim inſtructo nobile, (inquit *Thuanus*) Corbia ſupra Samarobrigam ad Somonam ſitum eſt, ſicuti Pequininum infra, ut qui hæc duo loca teneat, taurum id eſt urbem mediam ambobus cornibus tenere videatur.

Bononia amnibus rivuliſque humectatur; Archia qui per Arquenſe oppidum, fanumque Audomari Gravelingam

gam petit. Inde non procul [illegible] ſe æſtuarium ad uſque Ardeam [illegible] æſtuans. Nec deinde [illegible] duo, Marcuiſianus & [illegible]. [illegible] & Hautia ſive Heſdin amnis [illegible] oppido nomen ſuum communicans. Sequuntur deinceps Pontiorum paludoſa fluenta & Cauchiæ flumen. Horum vero amnium nonnulli, paludeta efficiunt ſtagna ſeu vivaria à vicinis oppidis denominata; cujuſmodi ſunt *Le vivier de Hames, d'Andre, à Ardres*. Collibus arenariis univerſus hic tractus ſecundum littus maris ſeptus eſt. In interiore vero regione ſunt, quos ſua lingua vocant *les Monts de S. Ingelvert & les Monts de Neufchaſtel & Dannes*. Silvis vero ac lucis omnis fere conſperſa regio, cujus partes *le bois de Surene, Celle*: &c. Indigenæ moroſi habentur, ſibi ipſis plus ſatis indulgentes.

Belonia oppidum duplex Superius & Inferius; illud altiore ſitum loco, Burgus tantum antequam ab Anglis obſideretur. Hoc autem planiora occupans mare adluit. Alterum ab altero paſſibus diſtat centum aut circiter. Oppidum hoc ab Anglis recepit Re[x] Gal. anno CIƆ IƆ L.

Bononiæ Comitatus ſatis eſt a[...]

gam petit. Inde non procul eſt Scalenſe æſtuarium ad uſque Ardeiam arcem æſtuans. Nec deſunt æquorei rivuli duo, Marquiſianus & Boloniacus. Eſt & Hautia ſive Heſdin amnis Heſdino oppido nomen ſuum communicans. Sequuntur deinceps Pontivorum paludoſa fluenta & Cauchiæ flumen. Horum vero amnium nonnulli, piſculenta efficiunt ſtagna ſeu vivaria à vicinis oppidis denominata; cujuſmodi ſunt *Le vivier de Hames, d'Andre, d'Ardres.* Collibus arenariis univerſus hic tractus ſecundum littus maris ſeptus eſt. In interiore vero regione ſunt, quos ſua lingua vocant *les Monts de S. Ingelvert* & *les Monts de Neufchaſtel & Dannes.* Silvis vero ac lucis omnis fere conſperſa regio, cujus partes *le bois de Surene, Celles* &c. Indigenæ moroſi habentur, ſibi ipſis plus ſatis indulgentes.

Bolonia oppidum duplex Superius & Inferius; illud altiore ſitum loco, Burgus tantum antequam ab Anglis obſideretur. Hoc autem planiora occupans mare adluit. Alterum ab altero paſſibus diſtat centum aut circiter. Oppidum hoc ab Anglis recepit Rex Gal. anno CIↃ IↃ L.

Bononiæ Comitatus ſatis eſt am-

plus. Totus hic tractus arenoſus eſt; ejus generis arenæ, quam urentem vocant. Initium Boloniæ comitatui à montibus S. Ingelberti, procurritque ad fluvium Cancham, quæ ejus longitudo; Latitudo ad lucum uſque Tournohenſem porrigitur. Dignitatem hic Comitatus adeptus eſt tempore Caroli Calui. Erectio Epiſcopatus Bononienſis facta eſt anno CIↃ IↃ LXVI. *Maſſon*.

Portus *(le Portet)* id oppidum duobus à Bolonia milliarib. abeſt, interjecto flumine, quod æſtu maris intumeſcit & lateritio ponte jungitur. *Thuan.*

Bononienſi comitatui ſuccedit Guinenſis, qui diſterminatur à Comitatu Oyo per canalem majorem, qui oppidum ipſum præterlabitur, territorium fere reddens inexpugnabile: primarium oppidum Guines, in duas diviſum partes, quarum una in paludibus ſita, altera in continenti; loci natura munitum & validum. Cepit Rex Henricus II miſſo illuc Franciſco Lotharingo Guiſiæ Duce ann. CIↃ IↃ LVIII. Viſuntur & alia oppida, *Harincourt, Penplinge, Conquelle*, Portus Nivelletius. Continet Comitatus hic ſub ſe Baronatus Ardreſium & Courtembronen-

bronenſem, ſingulos à ſuis dictos oppidis, quorum unum Ardres vulgo, alterum Courtembrone. Item [illegible] ſem Baronatum.

Ardea oppidum licet ambitu parvum, tamen & ſitu & arte munitiſſimum, ab Anglis olim intactum, ideoque vulgo inter Gallos dicebatur, virginitatem adhuc ſervare; clivo inſidet, ex quo ſubjectos campos deſpicit ſpatio leucæ nec amplius qua latiſſime porrecto; planiciei ſylvæ undique circumdatæ, inſidiis opportunæ. Tribus à Caleto, duabus à Guines leucis abeſt & circumdatum Caleto territorium claudit: qua Bononiam itur ſuburbium eſt paludibus cinctum, quod urbi ſubeſt.

Abbatisvilla (vulgo *Abbeville*) Pontivenſis Comitatus metropolis; ſuper Aiſia ſita. Pontivium dicitur à numero Pontium quibus opus eſt ad trajiciendas paludes, ſtagnaque varia, quæ ſeſe effundunt in Oceanum prope Galarici Monaſterium, atque oppidum nunc Valerii (*S. Valerii* vulgo.)

Pons Remigii ad Somonam locus idoneus ad tuendum illum tractum & prohibendum tranſitu hoſtem. *Thuan.*

Perona munitiſſima ejus provinciæ urbs. hic Somona flu. ponte jungitur.

Noviodunum (vulgo *Noyon*) opp-

bronenſem, ſingulos à ſuis dictos oppidis, quorum unum Ardres vulgo, alterum Courtembrone. Item Fiennenſem Baronatum.

Ardea oppidum licet ambitu parvum, tamen & ſitu & arte munitiſſimum, ab Anglis olim intactum, ideoque vulgo inter Gallos dicebatur, virginitatem adhuc ſervare; clivo inſidet, ex quo ſubjectos campos deſpicit ſpatio leucæ nec amplius qua latiſſime porrecto; planiciei ſylvæ undique circumdatæ, inſidiis opportunæ. Tribus à Caleto, duabus à Guines leucis abeſt & circumdatum Caleto territorium claudit: qua Bononiam itur ſuburbium eſt paludibus cinctum, quod urbi ſubeſt.

Abbatisvilla (vulgo *Abbeville*) Pontivenſis Comitatus metropolis; ſuper Aiſia ſita. Pontivium dicitur à numero Pontium quibus opus eſt ad trajiciendas paludes, ſtagnaque varia, quæ ſeſe effundunt in Oceanum prope Galarici Monaſterium, atque oppidum nunc Valerii (*S. Valerii* vulgo.)

Pons Remigii ad Somonam locus idoneus ad tuendum illum tractum & prohibendum tranſitu hoſtem. *Thuan.*

Perona munitiſſima ejus provinciæ urbs. hic Somona flu. ponte jungitur.

Noviodunum (vulgo *Noyon*) oppi-

dum Sueſſionum , prope id Arconá fluens apud villam Epiſcopi in dextra ripa lapideum pontem habet; (vulgo *pont l'Eveſque.) Maſſon.*

Crotoſium (vulgo *Crotoy*) Vrbs, Caſtellum & Portus Pontivii; Somona flu. haud longe hinc in mare deſcendit. Idem.

Vervinium *(Vervin)* vrbis nomen eſt ſitæ in confinio Annovicorum id eſt in regione Tieraſchia; eſtque in edito monte ſitum, quod & natura admodum validum eſt & expugnatu difficile & aliunde ſatis munitum.

Belvacum (*Beauvais*) clariſſima urbs, ſedeſque Epiſcopi: deducitur intra urbem rivus canali exceptus qui eam perluit. prope fluunt Thara & Therina. Thara autem lapideum pontem habet antequam in Aiſiam labatur, a quo ponte collocatis equis tractoriis efficitur ut facilius magna onera ex Aiſia accipiat, cujuſmodi ſunt navigia ſale onuſta.

FRANCIA.

Picardiam ad Occidentem attingit Francia, provincia peculiariter ita dicta, olim à Bellovacis & Pariſiis habitata, quorum Lutetia hodieque metropolis eſt: continetque Vicecomitatum Pari-

ſienſem: Ducatum Valeſium campos Vrapiſiorum (vulgo le Hurepoix) & le Gaſtinois.

Lutetia (inquit Thuanus) in Pariſienſi agro ſita, ſolo omnium rerum abundantiſſimo, medio fere ſinu Sequana ſecatur, qui in Heduis ortus per Tricaſſes acceptis Alba juxta Pontem, & prope Moretum Lupa, Melodunum & Corbolium alluit, & ad confluentem infra Carentonij pontem, Matronam excipit, urbis nutriculam vulgo appellatam, ob copioſum qui eo flumine ſubvèhitur commeatum: inde infra urbem ſinuoſo adeo flexu labitur, ut Poſſiacum, quo ab urbe itinere terreſtri leucæ vi putantur, navigantibus plus viginti ſex numerentur, dicas flumen invitum abſcedere, ita anfractuoſo ac leni curſu cunctos vicinæ regionis angulos pervagatur, ut annona populoſiſſimam urbem juvet: ad confluentem S. Honorinæ Eſiam excipit, alteram Lutetiæ nutricem, qui flu. in Tiracenſi agro ortus juxta Faram Veromanduorum ac Noviodunum decurrens, Vela ex Remis & Axona è Sueſſionibus labente auctus, Compendium alluit & commoda ſubvectione commeatum ex abundantiſſimis illis Provinciis in urbem importat. Sequana an-

Pariſienſem; Ducatum Valeſium, campos Vrapiſiorum (vulgo *le Hurepois*) & *le Gaſtinois*.

Lutetia (inquit Thuanus) in Pariſienſi agro ſita, ſolo omnium rerum abundantiſſimo, medio fere fluv. Sequana ſecatur, qui in Heduis ortus, per Tricaſſes acceptis Alba juxta Pontem, & prope Moretum Lupa, Melodunum & Corbolium alluit, & ad confluentem infra Carentonij pontem, Matronam excipit, urbis nutriculam vulgo appellatam, ob copioſum qui eo fluvio ſubvehitur commeatum; inde infra urbem ſinuoſo adeo *flexu* labitur, ut Poſſiacum, quo ab urbe itinere terreſtri leucæ VI putantur, navigantibus plus viginti ſex numerentur, dicas flumen invitum abſcedere, ita anfractuoſo ac leni curſu cunctos vicinæ regionis angulos pervagatur, ut annona populoſiſſimam urbem juvet: ad confluentem S. Honorinæ Eſiam excipit, alteram Lutetiæ nutricem, qui flu. in Tiracenſi agro ortus juxta Faram Veromanduorum ac Noviodunum decurrens, Vela ex Remis & Axona è Sueſſionibus labente auctus, Compendium alluit & commoda ſubvectione commeatum ex abundantiſſimis illis Provinciis in urbem importat. Sequana au-

na autem adeo miti alueo labitur ut adverſo flumine navigabilis, & navigiorum, grandioribus navibus haud multo inferiorum, capax ſit; quo fit ut ex Rotomago & fluminibus quæ in Sequanam infra Rotomagum exonerantur ſubvectio abundans & commodiſſima ſit. Quibus commoditatibus effectum, ut urbs initio modica in eam magnitudinem qua cum maximis toto orbe certat, excreverit. quam ſi aditibus præcluſis obſtruxeris, dubio procul eſt, quin tanquam inciſis venis validum ac robuſtum illud corpus ſtatim concidat ac exanimetur. Pariſiorum civitas (inquit *Maſſon*) olim inſula quam Sequana facit comprehendebatur: nunc in utraque ripa, in dextra quidem urbs vaſta atque ingens, in ſiniſtra univerſitas appoſita eſt. Inter has media eſt inſula, duplo longior quam latior, quam fluvius ab Oriente labens circumfluit, quadraginta ad ſummum jugera terræ continet ut menſores aſſerunt. Iulius Scaliger duodecim millia domorum intra muros numerat, præter eos vicos qui ſunt in pomeriis, quorum capacitas longe urbem dicitur ſuperare: Maſſon ſub Henr. IV. civitatem quingentis domibus auctam ſcribit. Pontem qui inſulam

lam & urbem jungi: cum eſſet [illegible] & ruinam minaretur Ludovic. XII. lapideum fieri curavit, in quo ſunt ſex fornices præaltæ, & ſupra fornices utrinque domus ejuſdem altitudinis & latitudinis. Henric. III. & alterum pontem lapideum inchoavit, quem Henric. IV. perfecit; qui & plurima magnificentiſſima opera hic fieri curavit. Sed hæc urbs adeo nota eſt ut de illa plura dicere non ſit opus.

Inſula Franciæ ut vulgo vocatur, continet omne id terrarum ſpatium, quod eſt inter S. Dionyſij oppidum & Poſſiacum, quantumque Sequana multimodis gyris complectitur. Dionyſij Fanum (inquit) paulo plus IIII ciↄ paſſ. Lutetia diſtat, ſitu firmum, quippe in loco plano & undique paludibus interſecto poſitum, ſed muro gypſaceo admodum humili & debili, nullo pomerio intus firmato, & foſſa anguſta nec multum profunda olim vallatum. Celeberrimum eſt oppidum opulentiſſimis Regum Franciæ monumentis.

Poſſiacum (*Maſſon*) abeſt ab urbe ſex leucis.

Vexinium nam & hæc Vicecomitatus Pariſienſis pars, extendit ſe ad Claremontium Bellovacorum; ſed nomen Provinciæ fere exolevit.

Vrapi-

lam &urbem jungit cum eſſet ſublicius & ruinam minaretur Ludovic. XII. lapideum fieri curavit, in quo ſunt ſex fornices præaltæ, & ſupra fornices utrinque domus ejuſdem altitudinis & latitudinis. Henric. III. & alterum pontem lapideum inchoavit, quem Henric. IV. perfecit; qui & plurima magnificentiſſima opera hic fieri curavit. Sed hæc urbs adeo nota eſt ut de illa plura dicere non ſit opus.

Inſula Franciæ ut vulgo vocatur, continet omne id terrarum ſpatium, quod eſt inter S. Dionyſij oppidum & Poſſiacum, quantumque Sequana multimodis gyris complectitur. Dionyſij Fanum (inquit) paulo plus IIII CIↃ paſſ. Lutetia diſtat, ſitu firmum, quippe in loco plano & undique paludibus interſecto poſitum, ſed muro gypſaceo admodum humili & debili, nullo pomerio intus firmato, & foſſa anguſta nec multum profunda olim vallatum. Celeberrimum eſt oppidum opulentiſſimis Regum Franciæ monumentis.

Poſſiacum (*Maſſon*) abeſt ab urbe ſex leucis.

Vexinium nam & hæc Vicecomitatus Pariſienſis pars, extendit ſe ad Claremontium Bellovacorum; ſed nomen Provinciæ fere exolevit.

Vrapi-

Vrapiſiorum ager exordium ſumit à Sequana infra minorem pontem Pariſiorum, & ſecundum ripam fluvii ſe extendit ad Corbolium, Melodunum & Moretum ubi à Gaſtinenſi agro ſeparatur per Therinam amnem (vulgo *Verine*) qui in Lupam ſe exonerat. In hac provincia jacet magnificentiſſimum Fontis Blandi palatium. Corbolium oppidulum eſt (inquit *Thuan.*) ad Sequanam V. ſupra Lutetiam leucis poſitum in angulo, quem amnis Stampis per Eſſonam proximum pagum in via Lugdunenſi, labens efficit, foſſa ex eo derivata ab altera parte inſulæ ſpecie clauſum. colles duo loco imminent ex quibus tormentis infeſtari poteſt. collique uni ſuburbium ſubeſt quod cum oppido ponte lapideo conjungitur & in imo ponte ſuburbium verſus arx veteri ſtructura debilis.

Melodunum (inquit *Thuan.*) ſupra Corbolium ad Sequanam ſitum oppidum, licet ambitu parvum Lutetiæ inſtar triplex eſt & duobus lapideis pontibus conjungitur; in medio arx eſt ſtructura antiqua, ſpatioſius oppidum eſt qua Briam ſpectat. Diſtat à Regia Fontis Blandi IV. paſſ. m. Moreto II.

Gaſtinenſis denique Provincia, complectitur Ducatum Stampenſem & Nemoroſium

[..]tem; Comitatum Rupifortenſem & Moretenſem aliaque: oppida [..] & montis Argiſi oppidum vulgo Montargis, oppidum (inquit *Thuan.*) cujus paſſim in edito colle cum valida arce viſitur, unde ſylvas & campos regionis Vrapiſiorum, procul deſpicere facile eſt.

NORMANNIA.

Normannia ampliſſima Provincia, fines habet ad ortum Eptam flu. qui illam à Francia dividit; hic è fonte cognomine oriens duabus leucis aut circiter à Gornaio, ſecat Giſortium & apud Guidonis Rupem (vulgo *Roche Guyon*) ſeptem à Giſortio leucis Sequanæ permiſcetur. Ad Occidentem fluv. Crenonem vulgo *Cenon* aut *Coeſnon*, hic à Fulgeriarum valida munitione fluens Britanniam à Normannia dividit ad pontem Orſon; indeque verſus montem S. Michaëlis deſcendens in mare labitur. Ad Septentrionem mare Britannicum; ad Meridiem Cenomanos.

Dividitur in ſuperiorem & inferiorem: in ſuperiore ſunt tres Ducatus, Alenconius, Aumalius, Longevillanus. Comitatus ſeptem, *Eu* ex parte, nam pars in Francia eſt; *Harcourt*, *Eureux*

Tanca

morosium ; Comitatum Rupiforten-ſem & Moretenſem alioſque ; oppida ſunt Milly & montis Argiſi oppidum vulgo Montargis , oppidum (inquit *Maſſon.*) cujus paſſim in edito colle cum valida arce viſitur , unde ſylvas & campos regionis Vrapiſiorum , procul deſpicere facile eſt.

NORMANNIA.

Normannia ampliſſima Provincia, fines habet ad ortum Eptam flu. qui illam à Francia dividit ; hic è fonte cognomine oriens duabus leucis aut circiter à Gornaio , ſecat Giſortium & apud Guidonis Rupem (vulgo *Roche Guyon*) ſeptem à Giſortio leucis Sequanæ permiſcetur. Ad Occidentem fluv. Crenonem vulgo *Cenon* aut *Coeſnon*, hic à Fulgeriarum valida munitione fluens Britanniam à Normannia dividit ad pontem Orſon , indeque verſus montem S. Michaëlis deſcendens in mare labitur. Ad Septentrionem mare Britannicum; ad Meridiem Cenomanos.

Dividitur in ſuperiorem & inferiorem : in ſuperiore ſunt tres Ducatus, Alenconius, Aumalius, Longevillanus. Comitatus ſeptem , *Eu* ex parte , nam pars in Francia eſt ; *Harcourt*, *Eureux*,

Tancar-

Tancarville, *Male-vrier*, *Mortain*, & *Mongommery:* quibus addunt *Vexin le Normand.* & Baronatus *l'Aigle.* In inferiore cenſentur, *le païs de Caux, de Beſſim, Conſtantin, Hovinet, Yvetot, Le vaux de vire.*

Metropolis hujus Provinciæ Rotomagus: urbs hæc (inquit Thuan.) à Meridie Sequanæ æſtuario clauditur, quod ponte lapideo eximii operis jungitur, & in ulteriore ripa S. Severi ſuburbium habet; ad Septentrionem præaltos colles impoſitos ſpectat, & ad pedes eorum Albetam amniculum, qui Darnetalium, pannificio nobile muncipium alluit, tũ quaſi in ſuburbano poſitos & lætiſſimos paſcuis campos habet. Ad ortum ſupra viam Pariſienſem in præcelſo aliis contiguo colle S. Catharinæ cænobium eminet à Gabriele Comite Mongomerio quondam munitum: ab eadem parte Robeca amnis influit, & juxta Santhilarianam portam intra urbem, receptus XI. molatrinis ſervit, & inter Portuenſem & Guilielmi Leonis portas in Sequanam exoneratur. Vetus Palatium forma quadrata in imo angulo, qui Caletenſe ſuburbium altero latere reſpicit, ſitum eſt, & Sequanæ altero latere imminet: arx ſemidiruta ad occa-ſum

ſum vergit inter Bovreolium, ſed huic propior, & Caletenſem portam ſita.

Arborica ſive Abrinca vulgo *Avranches*, urbs maritima in edito tumulo ſita, qui Oceano imminet, valido muro & profundiſſima foſſa cincta. ſuburbia habet ampla; denique ſedes eſt antiqui Epiſcopatus.

Eburonicum vulgo *Evreux* urbs Epiſcopalis inſignis, prope quam Audura amnis labitur. hæc comitatui nomen dat, in quo præterea hæc ſunt oppida *Vernon*, quod egregium pontem lapideum habet; *Aigle* quod Ailia flu. lambit: *Paſſy*: *Ivrey*: *Tuilliere*: , Conches, *Bretueil* juxta pulcherrimum nemus; *Rugles*, *Briun* & *Hermeiville*.

Bajocaſſium urbs vulgo *Bajeux* ab Oceano leuca & dimidia diſtat, Epiſcopatu illuſtris; alluit ad orientem amnis Aura; itemque Droma una circiter leuca ab urbe labitur, valde periculoſus: portum habet ad mare.

Ad hunc Epiſcopatum pertinent plures urbes, præſertim Cadomum vulgo *Caen* quam idem Olena interluit, ponteque jungitur è tribus fornicibus compoſito; hic quoque Vdo amnis vulgo *Oden* in Olenam confluit. Navigia magna ab Oceano Cadomum magno ipſius commodo quæſtuq[illegible]

 civiu[illegible]

ſum vergit inter Boveroliam, ſed huic propior, & Caletenſem portam ſita.

Arborica ſive Abrinca vulgo *Auranches*, urbs maritima in edito tumulo ſita, qui Oceano imminet, valido muro & profundiſſima foſſa cincta; ſuburbia habet ampla; denique ſedes eſt antiqui Epiſcopatus.

Eburonicum vulgo *Eureux* urbs Epiſcopalis inſignis, prope quam Audura amnis labitur. hæc comitatui nomen dat, in quo præterea hæc ſunt oppida *Vernon*, quod egregium pontem lapideum habet; *Aigle* quod Ailla flu. lambit: *Paſſey; Iurey: Tuilleres, Conches, Bretueil* juxta pulcherrimum nemus; *Rugles, Bruin* & *Hermeinville*.

Bajocaſſium urbs vulgo *Bajeux* ab Oceano leuca & dimidia diſtat, Epiſcopatu illuſtris; alluit ad orientem amnis Aura; itemque Droma una circiter leuca ab urbe labitur, valde periculoſus: portum habet ad mare.

Ad hunc Epiſcopatum pertinent plures urbes, præſertim Cadomum vulgo *Caen* quam idem Olena interluit, ponteque jungitur è tribus fornicibus compoſito; hic quoque Vdo amnis vulgo *Ouden* in Olenam confluit. Navigia magna ab Oceano Cadomum magno ipſius commodo quæſtuque

civium, à fluxu maris impelluntur.

Seſurii vulgo *Seez* urbs Epiſcopalis, quinque leucis diſtans ab Alenconio, interluit Olena fluv.

Sub Epiſcopatu item Seſuvienſi comprehenduntur plurimæ urbes tam in ducatu Alenconio quam ditione Perchenſi.

Vexinenſis agri præcipuum oppidum eſt Giſortium; municipium (inquit *Maſſon*) elegans & bene ſitum.

Regionis quam vocant de Caux, (Caletes antiquitus fuiſſe quidam opinantur) præcipua urbs eſt Dieppa: Dieppa egredientibus (inquit *Thuanus*) duo colles occurrunt, à Betuna amne, qui Eſſuorum oppidum alluit & in quem leucarum II. ſpatio maris æſtus refluit diviſi; dextrum latus palus occupat & prata fere ſemper irrigua ab utraque amnis ripa ad pedem uſque collis porrecta. ad lævam Arcuenſe municipium jacet & alteri colli impoſita arx, quæ planiciem ſatis latam in ſummo colle ſeſe aperientem deſpicit. Vrbs portum habet ſatis notum. Reliqua ſunt *Harfleu*: Honflorium in æſtuario Sequanæ ſitum Caſtellum, collibus undique veluti concluſum.

Portus Graciæ, quem Franciſcus I ædificare cæpit adverſus vim Anglorum,

rum, Henricus vero filius illius egregie munivit.

In Conſtantienſi territorio præter oppidum *Conſtances* Caſtra Conſtantia vocant, ſunt *Valoigne*, Cheriburgum munitiſſimum oppidum ad mare, & alia quædam minoris momenti.

Iuetotium (inquit *Thuan.*) municipium eſt hodie illuſtriſſimæ & antiquitate & meritis Bellajorum familiæ, regni titulo ex ea occaſione celebre, quod cum Clotharius R. dum Auguſtæ Sueſſionum eſſet, circa S. ann. ıↄ xxxıv Valterum loci dominum à bello contra Saracenos bene geſto reducem, ſibi olim inviſum ipſo Paſſionis Dominicæ die, in ſacello agnitum, arrepto unius è ſtipatoribus gladio occidiſſet. Nam Agapeto Pontif. diras interminante, niſi Rex de cæde tanto ſacrilegio patrata uxori liberiſque interfecti ſatisfaceret; ille ut piaculo ſe ſolveret, fidem ratione beneficiarii fundi à Valteri hæredibus ſibi tanquam Regi ac ſupremo domino debitam, remiſiſſe dicitur &c. Et fide huic hiſtoriæ derogata, ita concludit; ut ut ſit hodie Iuetotium regni nomen retinet, & ab omni fidei præſtatione liberum eſt.

Faleſia (vulgo *Falaiſe*) in clivo munitum ſitu oppidum & aquæ inexhau-

ſtæ ſtagno ab ima parte circumdatum arcem ſecundum Cadomenſem omnium provinciæ firmiſſimam habet. Gibræum tanquam ſuburbium illi annexum, nundinis tota provincia celeberrimum.

BELSIA.

Belſia (vulgo *la Beauſſe*) dividitur in tres partes; ſuperiorem nempe, inferiorem & mediam. Superior initium ſumit à vico qui vulgo *Atlys* appellatur, petens porrò Carnutum agros & ulteriora. In ea ſunt primo Carnutum regio vulgo *le Chartrain* ſub qua cenſentur Comitatus Drocenſis & Montifortius; cujus oppida ſunt *Dreux* & *Montfort*. Deinde Andegavenſis Ducatus & ſub illo Comitatus Maine. Tertio Comitatus Perchenſis, in quo ſunt *Perche govet* cujus principale oppidum eſt *Nogent le retrou*; & *Haulte perche* cujus præcipuum oppidum *Mortaigne*. Inferior campeſtris omnino & plana, porrecta inter Epiſcopatus Aurelianenſem & Carnutenſem; ab oppido Stampenſi procurrit verſus Orientem quidem ad Senones uſque, verſus Meridiem ad pontem Aurelianenſem; in ea cenſentur territorium Aurelianenſe, Secalaunia cujus oppida ſunt

ſunt [illegible] & [illegible]. Media [illegible] ad utramque Ligeris [illegible] go Vendocinum uſque, [illegible] in dextra ejuſdem Ligeris [illegible] Caſtelloduno porrigitur [illegible] & ad Turonenſium uſque agros. In [illegible] primò Comitatus Bleſenſis, [illegible] Dunenſis Comitatus cujus præcipuum oppidum Caſtellodunum, & Comitatus Tornodori. Deinde Vendocinus Ducatus; tertio Ducatus Turonenſis.

Belſia Carnutum (inquit *M[illegible]*) frumentaria regio eſt, à Ligerique & Aurelia protenditur leucis xv. Stampas uſque, & à Stampis Lutetiam xiv. leuc. minores numerantur, quas ſingulas metimur II paſſ. M. Hæc regio neque montes, neque fluvios, neque ſylvas, neque vites habet, nec prata niſi pauciſſima, propterea putei Belſiani, fontes à prætereuntibus vocantur: in eadem raras arbores naſci nec natas creſcere ajunt propter tophum lapidis genus: puteique in ea regione altiſſimi ſunt, quia regio ipſa alta. *Frumenti* hic ſumma ubertas, & non ſine cauſa urbis Pariſiorum granarium appellatur. Aquas vero pluvias Belſiani habent ad aquandum animalia, eaque in concavis colligunt locis

ſunt *Gergeau, la Ferté,Clery* & *S.Laurens*. Mediæ tribuitur quicquid eſt ad utramque Ligeris ripam ab Rotomago Vendocinum uſque, hinc autem in dextra ejuſdem Ligeris ripa quicquid Caſtelloduno porrigitur Bleſas & ad Turonenſium uſque agros. In illa ſunt primò Comitatus Bleſenſis, ſub quo Dunenſis Comitatus cujus præcipuum oppidum Caſtellodunum, & Comitatus Tornodori. Deinde Vindocinus Ducatus; tertio Ducatus Turonenſis.

Belſia Carnutum (inquit *Maſſon*) frumentaria regio *eſt*, à Ligerique & Aurelia protenditur leucis xv. Stampas uſque, & à Stampis Lutetiam xiv. leuc. minores numerantur, quas ſingulas metimur II paſſ. M. Hæc regio neque montes, neque fluvios, neque ſylvas, neque vites habet,nec prata niſi pauciſſima, propterea putei Belſiani, fontes à prætereuntibus vocantur: in eadem raras arbores naſci nec natas creſcere ajunt propter tophum lapidis genus:puteique in ea regione altiſſimi ſunt, quia regio ipſa alta. *Frumenti* hic ſumma ubertas, & non ſine cauſa urbis Pariſiorum granarium appellatur. Aquas vero pluvias Belſiani habent ad aquandum animalia, eaſque in concavis colligunt locis &

reſides arte faciunt, *Marasque* vocant.

Autricum Carnutum (vulgo *Chartres*) urbs Belſiæ primaria a planitie ſpacioſa excipitur & præcipiti deſcenſu in vallem ſubjectam porrigitur ac Dura fluvio interluitur, qui Curtavilla labens intra urbem ad Cereſiacum Blaſiam excipit, & per Drocum & Alneţenſem arcem, tandem ad pontem arcus paulo ſupra Rotomagum in Sequanam influit. Fluvio molatrinæ urbis uſui impoſitæ ſunt, qui in id ab antiquo alveo, qui paulo longius fluebat, derivatus fuit ab oppidanis.

Drocæ (vulgo *Dreux*) urbs antiqua & pulchra; & Druydum quondam conventu nobilis, uti creditur.

Ducatus Andegavenſis incipit à pago *Chouſay*, & definit inter *Moncontour* & *Herraut*, ubi Pictavienſe territorium orditur, quod limitem illius claudit ad Meridiem; ad Orientem habet Turonenſem & Vindocinam ditiones; ad Septentrionem Comitatus *Maine* & *Laval*; ad Occidentem Britanniam. Regio fertilis & amœna: colles vitibus conſiti, & vina alba hujus provinciæ optimæ notæ. Metropolis Ducatus Andegavum vulg. *Angiers*, ad utramque Meduanæ ripam ſita,

ſita, quam pons lapideus [illegible] Academia hic celebris.

Sunt præterea in hoc ducatu Salmurium cum arce ad Ligerim [illegible] colle poſita, ripæ fluminis [illegible] te junguntur. *Montreuil*, [illegible] *Flesche*, *Segre* &c.

Huic Ducatui fidem feudi jure præſtant Comitatus Cenomanenſis (vulgo *Maine*) Vindocinus (vulg. *Vendôme*), Beaufortius & *La Val*. Cenomanenſis præcipuum oppidum eſt Cenomanum vulg. *Le Mans* Epiſcopi ſedes ad Sartræ fluvii ripam.

Vindocini, nunc Ducatus, præcipuum oppidum Vindocinum vulgo *Vendeſme* urbs ad Ledum ſita, foſſa & firmo muro cincta, in ſummo arcem ſaxo impoſitam habet, undique qua parte urbem ſpectat, prærupto, qua campos foſſa profunda muro & turribus vallatam. Ejuſdem Caſtella ſunt Laverdinum ac Montorium.

Aurelia antiquis Genabum (inquit *Maſſon*) urbs pulcherrima & frequentiſſima; pontem habet è quadrato lapide conſtructum per quem in agrum Biturigum tranſitur, in viciniaque ej[illegible] Ligerulus (*Loyret*) oritur tantus [illegible] oſtio, quantus erumpit è fonte; ali[illegible] enim fluvium & navicularum pati[illegible]

ſita, quam pons lapideus jungit. Academia hic celebris.

Sunt præterea in hoc ducatu; Salmurium cum arce ad Ligerim in edito colle poſita; ripæ fluminis lapideo ponte junguntur. *Montreneau*, *Bauge*, *la Fleſche*, *Segre* &c.

Huic Ducatui fidem feudi jure præſtant Comitatus Cenomanenſis (vulgo *Maine*) Vindocinus (vulg. *Vendoſme*), Beaufortius & *La Val*. Cenomanenſis præcipuum oppidum eſt Cenomanum vulg. *Le Mans* Epiſcopi ſedes. ad Sartræ fluvii ripam.

Vindocini, nunc Ducatus, præcipuum oppidum Vindocinum vulgo *Vendoſme* urbs ad Ledum ſita, foſſa & firmo muro cincta, in ſummo arcem ſaxo impoſitam habet, undique qua parte urbem ſpectat, prærupto, qua campos foſſa profunda muro & turribus vallatam. Ejuſdem Caſtella ſunt Laverdinum ac Montorium.

Aurelia antiquis Genabum (inquit *Maſſon*) urbs pulcherrima & frequentiſſima; pontem habet è quadrato lapide conſtructum per quem in agrum Biturigum tranſitur, in viciniaque ejus Ligerulus (*Loyret*) oritur tantus in oſtio, quantus erumpit è fonte; altum enim fluvium & navicularum patien-

tem emittit ; exiguus quidem curſus amnis, ſed liquidus & altus; fons diſtat ab urbe II. M. paſſ. magna urbi commoda & toti viciniæ adfert quovis tempore & qualibet anni parte, etenim numquam areſcit ne ardente quidem Syrio, nec gelu aſtringitur: Itaque cum Lyger glacie dureſcit (ut quandoque accidit) & ob hanc cauſam molatrinæ ceſſant, ad molatrinas hujus rivuli curritur, quæ in illo plurimæ. Territorium urbis multum incolitur, fertileque eſt, & omnibus rebus abundans; uti ſunt omnis generis grana, vinaque præſtantia, prata, paſcua nutriendo pecori, ſtagna in quibus piſces ſervantur, ligna, ſylvæ, lanæ. Vrbs aëre bono, puro, nitido & ſano: vinum hic præſtantiſſimum, ſed quod Regiis menſis inferre vetitum, quia natura corroſivum putatur. Vrbs hæc ſub Merovingis Regibus, quum regnum Franciæ inter filios dividebatur, ſecundi Regni metropolis fuit; hodie ſecundo genito filio Regis Ducatus nomine in Appennagium ut vocant attribuitur. In hac celebris eſt Academia.

Comitatus Bleſenſis præcipuum oppidum eſt, Bleſæ vulgo *Bloys*, ad ripam Ligeris, partim in clivo, partim in planicie conditum: cœlum hic ſerenum; ager

ager fæcundus, & tritici vinique ferax, omniumque rerum copia affluens.

Ducatus Turonenſis principalis civitas eſt Cæſarodunum, vulgo *Tours*, quæ ingenti lapideo ponte multarum fornicum excellit. Nec vero (inquit *Maſſon*) tota Gallia regio ulla eſt, ubi ver, ubi æſtas atque autumnus ſuaviores ſint, vel pira meliora, cæterique fructus præſtantiores. Cætera oppida ſunt Caſtellio, ſuper Angerem flu. vulg. *Indre*; Amboſia cum ſuo Caſtello ſuper Ligerim, amæniſſima urbs: Mons Richardi: *Chaumont*, *Cormery*, *Loches* oppidum atque arx munitiſſima ſuper Angerem flu. *Paulmy* oppidum & arx: Chinon ſuper Vigennam cum arce in edito monte ſtructa. Inſula Burchardi. *Champigny* oppidum & arx: Laudanum vulg. *Loudun* oppidum partim in clivo, partim in planicie conditum cum munitiſſima arce in edito colle.

Dunum Caſtrum (vulgo *Chauſteau Dun*) in edito ſitum eſt loco (inquit *Maſſon*) unde deſpectus in planiciem eſt: præterfluit Ledus qui paulo inferius Arulam excipit. Duni habitantes feruntur ſubtili eſſe ingenio & ab uno verbo quod protuleris ſenſum animi tui concipere, unde natum prover-

bium; *Il eſt de Chaſteau Dun, il entend à demy mot.*

Ancium (vulgo *Ancy le Franc*) ad Comitem Tornodori pertinet, eſtque unum ex pulcherrimis ædificiis & ſtructuris Regni.

CAMPANIA.

Campania, campeſtris & plana provincia unde illi nomen, vulgo dividitur in duas partes, in ſuperiorem & inferiorem: ſub inferiori comprehenduntur Tricaſſes, Ioignii, Baſſignii, Vallage. Superiore territorium Pertenſe.

Metropolis illius Auguſta Tricaſſium ut Thuanus vocat, vulgo Troyes, ad Sequanæ ripam, in planitie ſita; urbs ampliſſima & veterum Campaniæ Palatinorum Comitum ſedes & ſepultura; & locupletum mercatorum familiis nobilis. Arcem habet munitiſſimam.

Baſſiniæ regionis præcipuum oppidum eſt Calvus mons vulgo *Chaumont.* Calvimontis municipium (inquit *Maſſon*) altæ rupi ſuperimpoſitum, cujus radices ſubluit Suiſia limpidiſſimus amnis. Is fluit juxta Calvum montem à Meridie, ut Matrona à Septentrione, ortus quatuor aut quinque milliaribus ſupra

ſupra id oppidum, in via qua Divionum itur. Arcem habet rupi impoſitam, ita ut & natura & induſtria munitiſſima judicetur. præterea *Montigny*.

Vallenſis ditionis oppida ſunt, Vaſſeium vulg. *Vaſſy* ad Bloiſæ amnis ripam; ditionis Guiſiæ. Fanum S. Deſiderii, cum ſua arce: *Ianville* Familiæ Guiſiæ oppidum (alii ſcribunt *Iointville*) arx præruptæ rupi inſidet, & ad radicem illius oppidulum ſitum eſt, partim muro partim Matrona flum. cinctum & alia aliquot ignobiliora.

Superioris Campaniæ ſive territorii Pertenſis vulgo *le Païs de Pertois*, præcipua urbs Victoriacum, non illud (inquit *Maſſon*) quod Hiſpani ſuperioribus bellis incenderunt, ſed quod a Franciſco I Rege nomen accepit, & ab incenſo diſtinguitur hac qualitate (vulgo *Vitry le François*). Victoriaci autem Matrona navigiorum patiens eſſe incipit uſque ad oſtium. Diſtat autem Victoriacum Franciſci R. ab altero non niſi quarta parte leucæ, & Matrona inſtar foſſæ illi ſervit, ut Saltus amnis alteri.

Sub Campania porro comprehenduntur, licet illi minime ſint ſubjecti, Ducatus Remenſis & Lingonenſis; Comi-

Comitatuſque Catalaunenſis, Lignienſis & Mottenſis.

Remenſis Ducatus & Archiepiſcopatus Metropolis eſt Durocortorum Remorum, vulgo *Reims ;* Hic Galliarum Reges, inungi & inaugurari ſolent, illiuſque Archiepiſcopus Dux eſt, primuſque Par Franciæ.

Lingonenſis Ducatus Metropolis eſt Andomatunum Lingonum vulg. *Langres*, Epiſcopalis civitas, cujus Antiſtites ſunt Duces & Pares Franciæ, in finibus Campaniæ & Burgundiæ quam vocant *la Franche-Comté* ad clivum Vogeſi montis condita urbs munita tam ſitu quam induſtria, & loco amœniſſimo ſita.

Catalaunenſis Comitatus caput eſt urbs Catalaunum vulgo *Chalon en Champagne;* Civitas Epiſcopalis ad Matronæ ripam ſita in planitie, egregiis mœnibus & excelſis turribus decorata. Illius Epiſcopus comes eſt & Par Franciæ.

Lignienſis Comitatus caput eſt oppidum Lignium vulgo *Ligny* ad Saltum fluvium, primæ vetuſtatis.

Campaniæ præterea conjungitur Bria, antiquus comitatus, vulgo *la Brye;* initium ſumit à Cretelio pago, haud procul Ponte Charantonio, ubi Matrona

trona Sequanæ miſcetur; quorum ille Campanos fere, hic Gal[illegible] à Bri[illegible]enſibus ſeparat. [illegible] inter hæc duo flumina ad [illegible] uſque Comitatum interjacet. [illegible]bus adſcribi ſolet. Hujus provinciæ oppida ſunt Caſtellum Theodorici, vulgo *Chaſteau Thierry*, dives & frequens oppidum, quod a Blaſia amne alluitur. Meldorum urbs vulgo *Meaux* ad Matronæ ripam, qui hic ponte lapideo jungitur, urbs amœna & munita inter collem ſita, ita ut gratiſſimum habeat proſpectum. Thuanus Meldorum civitatem in Briæ comitatu præcipuam vocat. Provinium vulg. *Provins* oppidum declivi loco poſitum, alioquin populoſum; ſæpe inundationibus infeſtatur, amniculo Voſia (vulgo *la Vouſie*) quo alluitur, imbribus intumeſcente.

Campaniæ quoque accenſetur Archiepiſcopatus Senonenſis; cujus principale oppidum Agendicum vulgo *Sens.*

Archiepiſcopalis urbs ad Icaunam amnem, vulg. *Yonne;* ſita, longe antiquiſſima, pulchra, frequens & validis muris munita, ad radicem collis ſenſim verſus ripam fluminis declinans.

BR

trona Sequanæ miſcetur; quorum ille Campanos fere, hic Gaſtinenſes a Brienſibus ſeparat. Quicquid enim ferme inter hæc duo flumina ad Burgundiæ uſque Comitatum interjacet, Brienſibus adſcribi ſolet. Hujus provinciæ oppida ſunt Caſtellum Theoderici, vulgo *Chaſteau Thierry*, dives & frequens oppidum, quod a Blaſia amne alluitur. Meldorum urbs vulgo *Meaulx* ad Matronæ ripam, qui hic ponte lapideo jungitur, urbs amœna & munita ſuper collem ſita, ita ut gratiſſimum habeat proſpectum. Thuanus Meldorum civitatem in Briæ comitatu præcipuam vocat. Provinium vulg. *Provins* oppidum declivi loco poſitum, alioquin populoſum; ſæpe inundationibus infeſtatur, amniculo Voſia (vulgo *la Vouſie*) quo alluitur, imbribus intumeſcente.

Campaniæ quoque accenſetur Archiepiſcopatus Senonenſis; cujus principale oppidum Agendicum vulgo *Sens*.

Archiepiſcopalis urbs ad Icaunam amnem (vulg. *Yonne*) ſita, longe antiquiſſima, pulchra, frequens & validis muris munita, ad radicem collis ſenſim verſus ripam fluminis declinans.

BRI-

BRITANNIA.

Britannia nobiliſſima Provincia fines habet ad Orientem quidem Normanniam & Andegavenſes; ad Meridiem Pictones; ad reliquas plagas mari Britannico alluitur, in quod ſupra reliquas Galliæ Provincias ingenti cornu prominet. Eſt autem in duas (ut inquit Maſſon) diviſa partes, in ſuperiorem, in qua Nannetes ſunt & Redones & Veneti; & in inferiorem, in qua cæteri omnes Britanniæ populi, & maxime ii qui à Britannia majori, nunc Anglia veniſſe in illas partes exiſtimantur & ſermone & lingua ab aliis Britannis plane differentes. Itaque Britones Gallos vocant ſuperioris Britanniæ populos; inferiores vero Britones tonantes quod non loqui, ſed tonare videantur & ſtridorem dentium edere.

Britannia Provincia (inquit idem) novem Epiſcopatus habet quorum ſedes in totidem primariis urbibus conſtitutæ ſunt. Prima ad Ligerim in urbe Nannetum; Secunda Venetum: Tertia Redonum; Quarta Dolenſis; Quinta Maclovienſis; Sexta S. Brioci: Septima S. Pauli Leonenſis; Octava Coriſopitenſis; Nona apud Trecorenſes; quorum alii ad Inferiorem Britanniam

niam pertinent, alii ad Superiorem. Notandumque eſt in eadem Provincia homines utriuſque ſexus, cætera animantia nec non arbores minoris ſtaturę ut plurimum eſſe quam in aliis Gallię Provinciis ſeu vicinis ſeu procul ab ea disjunctis: cultioremque ſecundum Oceanum eſſe quam alibi quod in iis locis frequentior habitatio ſit, propter commoda quæ maris vicinia advehit, ſed in media *Landa* quæ appellatur, cætera infertilia, utilia tamen paſcuis animalium. in eadem Provincia & aliis non adeo remotis à mari Leproſorum copia videtur.

Superioris metropolis eſt Nannetica urbs vulgo *Nantes*, Epiſcopi ſedes & ſingulare hujus Provinciæ emporium. Apud Nannetes (inquit Maſſon) pons Ligeris eſt, omnium quos habet longiſſimus, propter latitudinem fluminis; (centum enim paſſus continere dicitur) lapideus ſive ſaxeus; cujus finem in adverſa ripa Pilmium parochia attingit. A. S. Nazario ejuſdem fluminis oſtio ad Nannetas leucæ ſunt circiter duodecim. Hanc urbem etiam interluit Ardra amnis Ligerim petens; Hic Principes ampliſſima arce conſtructa manere conſueverant.

Proximum locum occupat Condale Redo-

Redonum; vel potius primum; nam Thuanus Provinciæ caput vocat; & in ea hodie Senatum Semeſtrem reſidere ſcribit, qui alias ad Condivicinum Nannetum habebatur.

Tertium eſt oppidum Dolum, olim arx: vulgo *Dol* ſive *Doul.* Epiſcopum habet.

Quartum oppidum Fanum Briocenſe vulgo *S. Brieu;* oppidum non ignobile & ſedes Epiſcopalis: Rupes ibi excelſa tutam præbet navibus ſtationem; in ea arx urbi protegendæ excitata.

Quintum Fanum S. Maclovii vulgo *S. Malo*: urbs Epiſcopalis & ſingulare Emporium, in inſula ſita ad mare Britannicum; diſtat ab Aletha 11 millib. paſſuum, è qua ſedes Epiſcopalis huc tranſlata.

Sextum *Dinan* oppidum pulchritudinis eximiæ, & in deliciis aliquando Britanniæ ducibus, præterfluit fluvius Rinctius, vulgo *Rance* qui oritur prope locum cui nomen Landæ Menaiæ & influit in mare prope Maclovium.

Sunt & ſuperioris Britanniæ alia oppida, *Rieulx, Chaſteau-Bryant, Lamballum, Vitray, Iugon, S. Aulbin du Cormier, Montcontour, Plorel, Iocelin, Maleſtroit, Pontingi, S. Iulian, Encenis.*

nis. Anceniſium (inquit Maſſon) portorium magni nominis, quod tributa rerum quæ extra Regnum per Ligerim & Oceanum evehuntur, ibi ſolvi præſtarique oporteat.

In inferiore Britannia urbes & oppida celebriora ſunt; Venetia vulgo *Vannes*, olim maxima & potentiſſima urbium Britanniæ, ad intimum maris receſſum poſita; in regione olim Venetia dicta. E regione cujus jacet inſula Caloneſus vulgo *Belle iſle* à pulchritudine ſic dicta: remota eſt à continenti leucas ferme ſex, & quatuor à portu cui nomen Tiberoni; ſeptem in circuitu aut circiter, tres & mediam in longitudine, duas in latitudine leucas complectens, Propria eſt grano nutriendo, maxime frumento & avenæ; nullæ ſunt in ea arbores proceræ, & ceduæ ſylvæ, quia ſub terræ ſuperficie rupes tegitur. In ea ſunt Parochiæ quatuor, compoſitæ ex viculis centum quadraginta; quorum quilibet ædificia habet tria aut quatuor. In ea nutriuntur lepuſculi pene innumeri. Munitio in cavata ferro rupe eſt, ubi præſidium quinquaginta peditum vigilias agit.

Vrbes vicinæ ſunt (inquit *Maſſon*) Hanneboutum & Kimperle quod abeſt decem leucis. Kimper Britannica

lingua oppidum ſive urbem ſonat, qualis olim fuit, clauſa antiquitus, muriſque cincta, populo tamen parum abundans, interluit amnis Oderus. Aon alius amnis per Caſtrum Lini fluit (vulgo Kimpercorantim) ſalmonibus abundans, atque in inſulam nomine Rotundam excurrit, in quam vicinus Elænia quoque labitur.

Sequitur inſignis portus nomine Breſtius; mox Gabeum promontorium vulgo *S. Mathé* id eſt S. Mathæi, appulſu difficillimum. E regione ejus Oeſſanti inſula poſita eſt, magnitudinis & pulchritudinis ad habitandum idoneæ, licet paucos incolas habeat, propter piratas qui illam crebro infeſtant. Alia parte objacet inſula Sena vulgo *Sayn*.

Sequitur deinde ad oram quæ Septentrionem ſpectat S. Pauli Leonenſis oppidum, Epiſcopali ſedē ornatum. Dein Trecorenſe oppidum vulgo *Trigues* & ipſum Epiſcopatu celebre. In Mediterraneis adhuc aliquot ſunt oppida ſed ignobiliora.

PICTONES.

Pictonum Provincia vulgo *Poictou* fines habet, verſus Septentrionem Britanniam & Andegavenſes, verſus Or-

tum Turones Bituriges, & Lemovices; verſus Meridiem Sanctones & Angoliſmenſes; verſus Occaſum denique Oceanum. Complectitur CIↃCC Parochias ſub tribus Epiſcopatibus, Pictavienſi, Malleacenſi & Lucionenſi.

Metropolis hujus Provinciæ Auguſtoritum vel Pictavium vulgo *Poictiers*. Vrbs ea Pictonum metropolis (inquit Thuan.) vaſto ambitu porrecta, clivoſo montis dorſo inſidet, & præruptis collibus undiquaq; cingitur, intermedia anguſta valle, ex quibus intus in Vrbem deſpectus eſt, ita ut ſclopetarii ad angulum urbis imo loco citra periculum in urbanum militem ejaculari poſſint. Tantum ad Portã Valli vulgo dictam, planicie ſpatioſa excipitur. Inter Ortum & Meridiem Clanius è Lemovicibus deſcendens pedem clivi alluit, & Porta Valli ad lævam relicta per canaleis diviſus inſulas quaſdam non minus amænas, quam oppidanorum uſibus utiles efficit, & infra vallum ad Cypriani Fanum rurſus funditur, parte alvei ſecundum muros Vrbis, parte longius fluente, quæ tandem ad Ioberti ponte jungitur, & pratũ Abbatiſſę vulgo dictum prætervectus inter Rupirolium & arcem triquetra forma olim à Ioanne Biturigum Duce Caroli V. fratre

conſtructam exit. Dein haud longe à Caſtro-Eraldi Vigennæ miſcetur. Vltra arcem ſuburbium S. Lazari porrigitur in imo urbis loco. Inde ad Hilarii fanum Septentrioni & Occaſui objectum pars ſuperiore non minor extenditur, cujus muris ſtagnum vulgo Sant Hilarianum dictum ſubjacet, ponte, cui Achardo nomen, diviſum, ex quo ſurſum enitendo ad Valli Portam aſcenditur.

Reliqua oppida ſunt;Nyortium munitum oppidum (inquit Thuan.) & nundinis toto Regno maxime famoſum, ad Suram amnem ſitum qui inde navigabilis per Almetenſem agrum decurrens ſupra Maranũ in mare exoneratur, alius ab eo, qui ex Gaſtinenſis regionis ſtagnis ortus ſilvam vicinam permeat & Pomeræi ponte junctus per Mortanium & Cliſſonem labens ad Condivicinum Nannetum Ligeri mergitur.

Fontenæum Comitis ad Vandelam amnem ſitum oppidum, cum arce ſed invalida.

Luſinianum V. ab Auguſtorito leucis: arcem habet, ſaxo undique prærupto & lato impoſitam; qua extra Vrbem prominet duplici muro firmiſſime ſtructuræ ac craſſitudinis circumdatur,

datur, ut à tormentorum ictibus nihil aut parum labefactetur; ad hæc foſſa admodum profunda, ut quanquam ex collibus imminentibus in eam deſpectus ſit, difficillimo acceſſu adeatur: qua oppidum reſpicit, triplici muro ac duplici foſſa cingitur. Reliqua ſunt *Montmorillon, la baſſe marche, Dorat, S. Maixan, Sivray.*

In eadem Pictonum Provincia eſt Principatus Talmon; Talmundus oppidum (inquit *Maſſon*) in ſublimi collocatum promontorio mari imminet; qua vero parte tellus continenti adhæret, exciſum eſt promontorium, adeo id mare circa id oppidum ob eſtum influentem & refluentem locum natura munitum arte munitiſſimum reddidit; iſque locus portum habet conventu mercatorum celebrem; & Rupiſurionenſis præterea Ducatus Eraldi-Caſtrenſis. Ejus oppidum Caſtrum-Eraldi, (vulgo *Chaſtellerant*; Vrbs (inquit Thuanus) in plano jacet, muro debilis, nec ſatis profunda foſſa vallata aut pomerio firmata ad Vigennam, cui & pontem impoſitum habet. Verum inter murum & domos oppidi ſpatium licet vacuum interjacet.

Item Vicecomitatus de *Thoüars,* quem hodie Tremolii poſſident. &

Baronatus de *Mainlers*, *Partenay*, *Meile*, *Chizay*, *Chauvigny*, *Luſſac*, *Chaſteneraye*. *S. Meſmin*, *S. Gilles* &c.

Pictonibus ad Meridiem adjacet Angoliſmenſium Provincia vulgo *L'Angumois*, quæ fines habet ad Occaſum Sanctones, ad Meridiem Burdigalenſes & Petrocorios; ad Ortum vero Limoges. Longitudo illius inter Ortum & Occaſum XXIV. mill. latitudo XVI. Principalis illius civitas Engoliſma: Ea ad Carantonum poſita (inquit Thuanus) Lemovices ad Ortum, Pictones ad Septentrionem, Sanctones ad Occaſum, Petrocorios ad Meridiem circumjectos habet; prælto colli inſidet, Arce & Caſtello minime munito, ſed amplis ædificiis commodo nobilis, & circumpoſitas Provincias quaſi ſuperbe deſpiciens. Reliqua oppida ſunt *Martou*, *Chaſteu-Neuf*, *Blaiſſæ*, *Chabannes*, *Confolant*, *Ruffec*, *Aigres*, *Courville*, *Rhochefoucant* Comitatus caput: *Marevil*, *Lanſac*, *Villebois*, Marvelliorum familiæ: *Monberon* & *Bouteville* familiæ Monmoranciæ.

SANCTONES.

Sanctonum Provincia (vulgo Xaintonge) fines habet ad Septentriones Pictones, ad Orientem Encoliſmos & Petro-

Petrocorios; ad meridiem Garumnam flu. ad Occaſum Oceanum.

Principale illius oppidum eſt Santonum (vulgo *Xainctes*) quod à Carantono flu. alluitur. In hac urbe plures Romanorum antiquitatum reliquiæ videntur, ut Amphitheatrum, aquæductus, ponſque lapideus quo Carentonus alluens cernitur.

Reliqua ſunt Fanum Ioannis Angeriaci (vulgo *S. Iean d'Angely*); cui à cœnobio venerandæ antiquitatis nomen, (inquit Thuan.) oppidum eſt humili loco ſitum ad Botonam, quæ ex Engoliſmenſi agro deſcendens per Chiſæum & Tonæum, quod ad diſtinctionem alterius ad Carentonum poſiti, ad Botonam vulgo cognominatur, alveo anguſto, ſed profundo, labitur & foſſam Vrbis majorem partem alluit, ac ſuburbium S. Crucis ab ea dividit; de cætero turribus ac mænibus ſtructuræ optimæ firma urbs: & ſuperiobus annis bello civili ardente magis firmata.

Lorgaire, *Archaut*, *Pont Loublez*; Talliaburgum oppidum cum arce egregia, Carantono alluitur. Talliaburgum (inquit Thuan.) haud longe abeſt à Fano Ioannis, oppidum arce muniſſimum ad Carantonum ſitum, Tre-

mollianæ ditionis. Arx ſatis ampla ſaxo pluribus partibus prærupto inſidet, cui circumdatur oppidum minime firmum, ita ut oppidanorum domus ad radices fere rupis ſitæ eam quaſi corona cingant: deſuper ſpatioſis à natura complanatis in ipſo ſaxo areis, quæ in oppidum & campos ſubjectos deſpiciunt: ab una parte Carentono alluitur, cui pons firmus impoſitus eſt.

Iarnacium incinctum oppidum.

Barbeſieux, *Ioſac*, & *Broagium*: à fluvio in Santonibus inquit Thuan.) cui à turre cognomine intra terram III circiter leucas retracta nomen, Broagium dictum eſt, municipium paucis ab hinc annis conditum ſolo paludoſo & accedente mari fere immerſo; quod Septentrionalium populorũ iſtuc ad ſalis, cujus illis locis optimi copia eſt, ſubvectionem commeantium appulſu crevit, ſaburra, quam in naves vacuas imponebant, eo loco exonerata, ita ut tumulus tractu temporis in mari excitatus ſit, forma quadrata XXC circiter paſſuum amplitudine, qui vallo & palis initio à Iacobo Pontiano, à quo & Iacopolis nomen, cinctus eſt, aſſeribus abietinis & malis navium introrſum ductis & ceſpitibus ac lignorum faſcibus firmatus. Dein poſt

Mon-

Monconturianam pugnam Hardoinus Villerius Riverius locum Proteſtantibus ereptum propter ſitus commoditatem firmiore vallo & propugnaculis munivit. Sed Franciſco Rupifocaudio Comite ſuperveniente, cum inde Dorienna & Hannibal Coconacius dejecti eſſent, Mirambellus rurſus loco muniendo animum adjecit; & Inſulanis vicinis illuc commoditate & Domini ipſius popularitate & humanitate invitatis, loca ad habitandum volentibus diſtribuit. Ita urbs in eam quam videmus, magnitudinem excrevit. Occidentem verſus haut hinc longe objacet Vliarus inſula omnium rerum feraciſſima, quæ ſeptem fere leucas in circuitu patet, & ipſa Pontianorum ditionis, ex qua cómeatus quotidie Broagium comportatur.

Ab Santonica urbe (inquit *Maſſon*) non diſtat Broagium pluribus quam ſeptem leucis, totidem à Marennis in vicinia ſitis, ubi campanile altiſſimum viſitur, in quo Pharam noctu prælucentem quotidie collocant in gratiam nautarum qui procul adhuc ab optato portu abſunt.

Ac prope Marennas (inquit *Maſſon*) ſita eſt Peninſula Arvertum, cæteris ſalſis paludibus latior, ubi ligna

pinea viſuntur iliceſq; perpetuo virides, quibus abundat: & quia oleagineoſa omnia facile ignem viridia concipiunt, ardentque, idcirco à rei proprietate Santonica lingua peninſula illa Ard-verd nuncupatur.

Vliarus inſula Plinio, hodie *Oleron*, abeſt à Brovagio ſecundo vento duabus horis aut circiter, caſtro natura loci egregie munito, Canonicorum collegio, & Franciſcanorum conſpicua; Parochiis ſex & opimo Benedictinorum cœnobio diſtincta eſt. Frumenti, vini, ſaliſque in hac Inſula tanta eſt ubertas, ut nihil ad vitæ hujus uſum deſiderari poſſit, aditumque ſatis facilem habet.

Roianum oppidulum antiquum, & in eo arx tam à natura quam arte munita.

In iiſdem Santonum finibus (inquit Maſſon) eſt urbs Pontium à pontium ſubliciorum ingreſſu appellata.

Solbizia quoque (*Soubize* vulgo) oppidum & arx nobilis quam Carantonus præterfluit.

Denique de Santonum Provincia uſurpant Galli

Si la France eſtoit un œuf,
Saintonge en ſeroit le moyeuf.

id eſt, ſi Galliam ovum ſtatuas, Santones

nes ovi vitellum ſunto. Nam præterquam (inquit Maſſon) quod cœli clementia, ſoli ubertate & aquarum bonitate præſtant, non datur in Gallia regio quæ vicinarum dotes minus deſideret, ſive generoſas vites, ſive frumentorum leguminumque copiam, ſive ſalem, qui illis magis eſt peculiaris, ſive portus tutiſſimos & commercia ſpectes.

Porro ad Santonicam Provinciam pertinet regio, quam incolæ Alneſium (vulgo *Aulnis*) vocāt, vitibus abundans quæ vinum ſatis generoſum præbent.

Hujus præcipua urbs eſt Rupella (vulgo *Rochelle*); urbs Santonum (inquit Thuan.) in agro pingui ad mare ſita, portus commoditate & maritima negotiatione dives, ad hæc privilegiis & immunitatibus magnis à Principibus donata, in hanc quam videmus opulentiam ac potentiam per hæc bella civilia, quæ fere alias aut afflixerunt aut penitus deſolarunt, excrevit ea Bretoniaca pacificatione poſt Ioannis R. captivitatem anno CIↃ CCCLX cum Pictonibus, Lemovicibus, Santonibus, Engoliſmenſi agro in Anglorum poteſtatem conceſſit: quam ægre id Rupellani fecerint, indicium fuit, quod anno duodecimo poſt rebellarunt & An-

glis

glis ejectis rurſus in verba Regis jurarunt, antiquis immunitatibus ac privilegiis confirmatis ac novis additis. ab eo tempore in fide Regum nōſtrorum urbs manſit; aliquandiu tamen cum cætera Aquitania Carolo Ludovici XI fratri paruit. A C. viris adminiſtratur, qui Pares & Scabini vulgo vocantur, ex iis quotannis poſt ferias Paſchaleis Major eligitur, qui ſummus ſecundum regiumPræfectum & ejus legatum magiſtratus eſt, maximaque in urbe poteſtate pollet, ideoque ſtatutis antiquis cavetur,ne plus anno magiſtratum gerat. Moris autem eſt, ut ex omni numero tres deligantur quorum nomina ad præfectum Regium, aut ad Regem ipſum deferuntur, qui quem vult ex iis ſumit, & inaugurandum in annum inſequentem mandat. Vrbs in Alnetenſi pago, qui ad Santones pertinet, ad Oceanum patenti planicie ſita eſt, quæ paulatim tamen ut vix ſentiatur, ad eam partem quæ Orientem & Septentrionem ſpectat, aſſurgit. Mare quod urbem alluit, alveo facto CIↃ paſſuum latitudine porrigitur, & dimidium in longitudinem patens portum efficit, tutiſſima ad naves tam longas quam onerarias capiendas ſtatione, in cujus faucibus binæ turres ingentes erectæ ſunt,

ſunt, lateritio ſolidiori opere ſtructæ & feneſtratæ in mare proſpicientes, tormentis in latera directis firmatæ, quæ vel minimas ſcaphas ſubeuntes portu ſubmovere poſſunt: atque is locus quod catena utrimque ducta ingreſſum à mari prohibeat, Catena vulgo appellatur. Præterea à Rupella duobus milliaribus Boſium promontorium vulgo dictum aſſurgit, quod ſinu vaſto, ſed à ventis & omni tempeſtate tuto, cujuſmodi ſinus toto illo tractu *Bajas* vocant, imminet, cujuſvis claſſis magnæ capax, turribus iis quæ portum claudunt, murus magna craſſitudine jungitur, rectoque ductu novo & in orbem exſtructo mediocris magnitudinis propugnaculo occurrit, Garrotio vulgo dicto, quod totius aluei imperium obtinere videtur & pro armamentario urbi eſt. inde murus trans portus alveum qui hic vado tranſiri poteſt, ad portam S. Nicolai producitur, quæ altiſſima foſſà & compluribus propugnaculis ac lateribus munita ingenti mole exſurgit: murus deinde paullum oblique propugnaculo Dominarum, ita dicto, quod ſuperioribus bellis matronæ nobiles terræ in illud comportandæ operam navaverant, conjungitur, & ibi angulo facto in-

tror-

trorſum curvatus, rurſum cubiti ſpecie longo ductu porrigitur, ſubjectaſque ab ea parte ſalinas habet, deinde ad alteram portam, quæ à Mariæ delubro præter turrim omnino diruto & nova munitione occupato Cunea vocatur, paullatim aſcendendo extenditur, hujuſcemodi muri poſitus, quod crebris ſinubus ſe invicem ſpectantibus diſtinctus, forcipis ſpeciem referat, vulgari architectorum noſtrorum conſuetudine de forcipis nomine appellatur. Foſſa toto eo tractu profunda & æſtu maris per ſalinas vicinas reſtagnantis impletur, dein paulatim aqua deſtituitur, ſcalpellis in ea parte quæ Septentrionem ſpectat, foſſa excavata. Cunea autem porta hac arte munita eſt, ut terreo eoque acuto propugnaculo contineatur, quam novæ è lapide quadrato munitiones excipientes ad pomerium introrſus continuato muro ductæ tegunt. Delubri turris ſtudioſe ab oppidanis dejecto faſtigio murus extat, ex eaque tanquam oppidi ſpecula in ſubjectos campos, diſpoſitis campeſtribus tormentis libera ejaculatio eſt, huic murus aggere introrſus adjecto & extrorſum profunda foſſa ad terreum munimentum, cui veteri Fortunæ nomen, oblique paulum jungitur, unde

in campos proſpectus eſt. inde ad inſigne Euangelii propugnaculum declivi paulum poſitu deſcenditur, ubi aqua foſſam complere incipit, à Vido Dallonio Ludæ comite provinciæ præſide olim conſtructum. eam molem frequentibus turribus interſtructis murus excipit, qui angulo facto oblique ſenſim introrſus ad arcem veterem extenditur, & inde ad portam novam pertinet, quæ duplici foſſa eaque aqua æſtuario regurgitante plena, magno inſuper adjecto propugnaculo præmunitur. inde murus rurſus cubito facto ad Molinæam portam ac poſtremo fauces portus ducit. ea porta ſi ulla alia munitiſſima eſt, duplici foſſa, totidemque propugnaculis vallata, quorum alterum altero continetur, non orbiculari ſed triquetra forma, eaque amplitudine ſingula conſtructa ſunt ut duarum cohortium præſidium facile capiant. in his feneſtræ, quibus globi emittuntur ſibi invicem reſpondent; mediocri magnitudine fabricatæ, ut in hoſtes quoquo verſus libera ejaculatio ſit. Oppidi totius ambitus III CIↃ paſſ. amplectitur, quadrangulari pene forma. Muro magna ex parte rupes pro fundamento eſt, ejuſque ac foſſæ pleriſque locis altitudo ſcalas

non

non admittit. Cuniculi ne agantur, æſtuaria prohibent, uno tantum loco excepto qui à Cunea porta ad Euangelii propugnaculum porrigitur. Contra tormentorum ictus interioribus tam veteribus quam novis exſtructis munitionibus defenditur. Mœnia foſſæ labrum exterius altitudine ſuperat, ita ut ab eo contegi videantur, æſtuario bis quotidie foſſæ alluuntur, quo recedente aqua ad non exiguam altitudinem clauſtris retinetur, per urbem ad molas farinarias & ſordes purgandas eadem arte multis locis derivata.

Reta (vulgo *Iſle de Re*) à continenti unius, à Rupella duarum leucarum ſpatio diſſita, per V. in longum exporrigitur, leucam & ſeſqui, qua latior; aliis locis multo minor, ſatis & vini abundans & aliarum rerum ad vitam neceſſariarum, portum & ſtationes tutas habet qua parte Septentrionem ſpectat; ad Meridiem, qua mari inhoſpitali alluitur, penitus inacceſſa, populo ob commerciũ & vicis frequens, ſub præfectura Rupellæ comprehenſa. Inſula ad S. Michaelis cœnobium pertinet, unde cœnobium ipſum Retenſe etiam cognominatur. Martini-Fanum primarium & maxime populoſum tota Inſula municipium. *Thuan.*

Mara-

Maranum IIII à Rupella leucis, locus ſitu ſolo munitus (inquit *Thuan.*) utpote nullis mœnibus cinctus, arce ſi tormenta non admoveantur adverſus hominum impetus firma; de cætero vaſtis & ſpatioſis paludibus, in quibus hyeme aqua reſtagnat, omni fere ex parte clauditur, ad Septentrionem à Beraldino canali vallata. ad eam per aggerem ſilicibus munitum Surgeria & fano Ioannis ad municipium tendentibus aditus patet.

BITVRIGES.

Biturigum provincia (vulgo *Berry*) fines habet à Septentrione Secalauniam Belſiæ partem, à qua Caro fluv. dividitur, ab Ortu Vrepoſios, Nivernenſes & Borbonios, ubi limitem conſtituit Rivulus vulgo *la Faye*; à Meridie Zemovices; ab Occidente Furones & Pictones à quibus fluviolo, *Clery* vulgo, ſeparatur.

Hujus provinciæ atque Ducatus metropolis eſt *Bourges* quam Avaricum Biturigum vocant; Archiepiſcopi Sedes; & Academia celebris: Hanc quinque amnes (ut ait *Maſſon*) acceſſu ſuo plurimum ornant Avaricus & Avvreta & Elaveriolus ex una parte, Eura & Molus ex altera, Avaricus autem à

Meridie fluens juxta muros urbis quos alluit, ad portam ut nunc dicitur Avvroniam lapideum pontem habet ex quatuor aut quinque fornicibus conſtructum.

Secunda urbs eſt *Iſſondun* Vcellodunum antiquis; Theolius modicus amnis juxta oppidum decurrit; hic vina viginti & amplius annis ſervari volunt: urbs validis muris & arce munita, & profunda foſſa circumdata. Sub hujus Balivatu comprehenduntur *Chaſteau-roux* Caſtrum Rodulphi ſuper Angerim, XVI leucis ab Avarico Biturigum ad fines Limogum & Blœſenſium.

Argentonium ſuper amnem Crauſiam, Philippi Cominæi quondam oppidum; arcem habet ſeptem grandibus & tribus minoribus turribus munitam.

Caſtra (vulgo *Chaſtres en Berry*) ſuper Angerim, & mœnibus foſſiſque & arce firmum oppidum.

Tertia urbs eſt Dunum Regale, vulgo *Dun le Roy*.

Quarta Virſion vulgo *Vierzon*, IV milliar. ab urbe Biturigum; quondam Comitatus titulo ornata.

Quinta Mediolanum vulgo *Mehun* ſuper Ievvram.

Reli-

Reliqua ſunt *Aubigny, Concreſſant. Dangilon*, &c.

Biturigibus annumeratur primo Comitatus Sancerranus, cujus præcipua urbs Sancerra; de qua ita Thuanus, Sancerra in Bituricenſi agro ſive Sancerrium Caſtrum, ſicut vocat Sigebertus, quod olim Rogerio Epiſcopo Bellovacenſi patrimonii jure competebat anno Chriſti CIↃ XIIII Odoni Campaniæ Comiti pro comitatu Bellovacenſi compenſationis titulo attributum, jure ſucceſſionis tandem ad illuſtrem Buelliorum familiam pervenit cum eadem comitatus prærogativa. oppidum IↃ à Ligeri ſubjecto paſſibus monti uberi ſolo & tritici ac vini, quod inter generoſa Galliæ vina numeratur, feraci, præalto & omni ex parte arduo inſidet, poſitu ideo firmiſſimum, ovali forma ac pene rotunda, ſed infirmo à munitionibus exterioribus muro qui VIII aut ad ſummum IX turribus, etiam comprehenſis iis, quæ portas urbis tegunt, diſtinguitur. ambitu CIↃ CIↃ IↃ paſſuum ſpatium complectitur: quatuor portis Cæſariana, Vetere, Andræana & Anſerina intratur. pars quæ magis declivis & acceſſu facilis Africo obverſa Avaricum Biturigum provinciæ metropolin ſpectat, in ſummo

arcem habet Cæſareæ & Anſerinæ portæ interjectam, cui alterum montis jugum de nomine ulmi lupini dictum ad Meridiem oppoſitum imminet.

Deinde Comitatus S. Aignan.

Denique Baronia Montis Falconis, ſub qua cenſentur *Baugy* & *Gron*.

BVRGVNDIA.

Burgundia quondam regnum, hodie bipartita eſt in inferiorem & ſuperiorem. Inferior hodie Ducatus ad Regnum Galliæ pertinet. Superior Comitatus nomine Regi Hiſpaniarum paret. Burgundia inferior ſive Ducatus, fines habet ad Orientem, interfluente Rhodano, Sabaudiam & Comitatum Burgundiæ; ad Meridiem Lugdunenſe territorium; ad Occaſum Nivernenſium Borboniorumque agros; ad Septentrionem Campaniam.

Metropolis illius Divio, vulgo *Dyon*, parlamentum regium; urbs ſita in planicie amœniſſima, duobus fluminibus Suzione & Oſcara (vernacule *Suſon* & *L'ouche*) utrimque muros alluentibus; ille quidem periculoſiſſimis exundationibus urbem infeſtare conſuevit, hic piſculentus admodum alueo fluit qui Enore, rerum multarum uſum ſubminiſtrare ſolitus: muri alti & turri-

turribus propugnaculiſque muniti.

Epiſcopales porro hujus Ducatus urbes ſunt Auguſtodunum & Caballinum.

Auguſtodunum (inquit *Thuanus*) vulgo *Autun*, principem Heduorum civitatem & Epiſcopali ſede decoratam, Bibracte olim Iul. Cæſ. temporibus fuiſſe quidam putant, poſtea de ſucceſſoris ſui nomine ita dictam & tandem Flaviam Heduorum cognominatam à Conſtantino Claudii filio, ut ex panegyrico Eumenii Rhetoris conſtat. Vt ut ſe res habeat, eam quæ nunc eſt, ampliſſimam olim & populoſiſſimam fuiſſe arguit circuitus murorum, qui ſeptem milliaria complectitur, & theatri, columnarum, pyramidum, ſtatuarum, & antiqui operis innumera monumenta, vaſcula, numiſmata & id genus, quæ in ea viſuntur & cottidie effodiuntur. verum hodie majorem partem vaſta & hortis ac campis conſitis occupatur. ad Auſtrum habet Ceniſium montem miti jugo aſſurgentem, ad cujus radices arx eſt, inter Meridiem & Occaſum muro cinctum, qui eam à reliqua civitate ſeparat, in cujus medio Martis campus eſt, qui & nunc nomen retinet. cIↄ paſſ. ſpatio, novo murorum ſpatio circum-

datus, oppidanis frequens; ad Septentrionem Arotro amne clauditur, ab eaque parte firmior eſt.

Caballinum vel Cabillionum Heduorum (vulgo *Chalon ſur Saone)* ad dextram Araris ripam, agro uberrimo & cœlo ſaluberrimo. Majorem olim fuiſſe rudera teſtantur; cæterum mercimoniis ſecundo Arari convehendis admodum opportuna eſt.

Belna (vulgo *Beaulne*) urbs propugnaculis egregie munita & foſſa centum paſſ. ubique lata & aqua plena; loco admodum fertili & irriguo ſita; ubertate ſoli & vini generoſitate præſtans; urbi arx imminet quinque propugnaculis firmata. *Thuan.*

Tinurtium vulgo *Tornus* ſolo ſitum fertiliſſimo, & ab Arari undique cinctum: *Maſſon* Turnochium vocat, Monaſterium Benedictini ordinis & oppidulum illi adjunctum.

Sunt & plura Burgundiæ oppida ſed ignobiliora.

Burgundiæ concenſeri ſolent aliæ tres urbes epiſcopales *Nevers*, *Auxerre*, *Maſcon*.

Nivernia Ducatus celebris; cujus metropolis eſt Niverſium, à tribus fluviis qui naves patiuntur rigatur, Icauna, Elavere, Ligeri: juriſdictionemque exer-

exercet in xxx ut vocant Caſtellanias.

Noviodunum (inquit *Maſſon*) Heduorum appoſitum ripæ, ubi pons è lapide longiſſimus eſt magno tranſeuntium commodo à majoribus conſtitutus, ac videtur pro Novioduno urbs illa aliud nomen ſumſiſſe, Niverniæ enim numero multitudinis dicuntur à minoris famæ fluvio qui prope illum pontem in Ligerim effunditur. oppidum eſt omni ex parte firmiſſimis mœnibus cinctum, turribuſque ampliſſimis & altiſſimis foſſis munitum.

Reliqua hujus Ducatus oppida ſunt; Deciſa vulgo *Dezize* Inſula & oppidum; VII ab oppido Nivernarum leuc. Clameciacum: Douzyum: Miliniums Angilberthum, Corbignium; &c.

Antiſſiodorum, vel Antiſſiodorum; cujus territorium dicitur *le Païs d'Anxerre*. pulcherrimum oppidum, ſolo ſitum fœcundo imprimis vitium, & partim ad clivum montis, partim in valle conditum, quam Icauna alluit.

Matiſco vulgo *Maſcon* epiſcopalis civitas Arari appoſita pontemque habens fornicatum.

BORBONIA.

Borbonia modica provincia fines habet ad Occidentem Bituriges & Limoges; ad Septentrionem Niverneſium; ad Orientem Burgundiam; ad Meridiem Lugdunenſem provinciam. dividitur in ſuperiorem & inferiorem.

Superioris principalis urbs eſt Molinæ: (vulgo *Molins*) poſita ſuper fluvium Elaverem piſcoſum admodum & ſalmonum præcipue copia nobilem; pulcherrimam habet arcem, & hortos longe amœniſſimos, rariſque arboribus conſitos.

Reliquæ ſunt *Bourbon l'Archambaud*, urbs quidem exigua, ſed quæ toti provinciæ nomen dedit; in valle ſita quam montes undique cingunt. Verſus Occaſum arcem habet ſuper clivum rupis, difficilis acceſſus, & XXIV grandibus turribus circumdatam. In medio oppidi ſunt Thermæ celeberrimæ.

Borbon l'Ancy Caſtellum (inquit *Maſſon*) in Heduorum finibus quod à Ligere alluitur. *Montmeraut ; Mont Luſſon ;* Cuſſetium validiſſima urbs: (inquit *Maſſon*). *Chancelle : Charroux: Vernevil* hodie marchionatus titulo nobilis: *Varennes : Genat* ad limitem

Arver-

Arvernorum; & alia ignobiliora municipia.

Comprehendit prætereq; hæc provincia Comitatum Bellyocenſem, (alii vocant præfecturam,) vulgo *le Beaujolois*; qui complectitur quicquid terrarum inter Ligerim & Ararim (vulg. *la Saone*) interjacet; principale illius oppidũ appellatur *Beaujeu*. Itemque Comitatum Forenſem vulgo *de Foreſts*, qui fines habet ad Ortum quidem Belloyocenſem comitatum, ad Occaſum autem Arvernos; ad Meridiem Vellaunos; ad Septentrionem denique Borboniam: Ampliſſimus eſt comitatus, quique circiter quadraginta oppida muris cincta & triginta ſeptem municipia complectitur. Inter oppida eminent *Monbriſon* quod Veſeſia amne alluitur, pars oppidi in planicie, pars in edito monte poſita eſt: prætorium eſt regiæ juriſdictionis. Forum vulgo *Feurs* unde toti regioni nomen, & incolæ Forenſes dicuntur, qui (ut ait *Maſſon*) antiquitus Seguſiani dicebantur. S.Stephani Furiani oppidum ad ripam Ligeris; Furaniam vocat Maſſon. ad radices montis à Barbara martyre virgine dicti. Iuxta id oppidum aſſurgunt tres alii montes, in quibus perpetuo æſtuantes flammæ conſpiciuntur, unus

eorum Mina alter Viala tertius Buta appellatur. In iis naturalis & lapidei carbonis fodinæ ſunt, tam commodæ ut eo pro lignis aut carbonibus ex eo factis ſinguli oppidani in focis ſuis atque tabernis quotidie utantur. Ignis ille vehementior ardentiorque eo qui è ligno fit, deprehenditur. Ex quo carbone artifices calcem optimam faciunt. Habent iidem oppidani lapicidinas, unde lapis exſcinditur colore cinericio, quo tota regio importato vel ut ornamento & decore ædificiorum utitur. Quin ann. CIↃ IↃ CV. exciſus eſt lapis altitudinis ſtupendæ prorſuſque inuſitatæ, unde ſolertia artificum, egregia crux in inſula cui Pratum fori & nundinarum nomen eſt, extra murum poſita erectaque aſpicitur, è regione præcipuæ portæ oppidi illius, tota Europa celebris ob artificum induſtriam copiamque qui ferream ſupellectilem & arma, bellicaque inſtrumenta fabricant in tabernis & officinis ſuis. *S. Galmier* in cujus ſuburbio fons eſt aluminis qui vulgo *Font-forte* dicitur. *S. Germain Laval* in ſolo fœcundo & generoſi vini feraci. *S. Bonet le Chaſtel. Roanne* ad Ligerim, in via quæ Lugdunum ducit. Denique monaſterium & oppidum S. Ragneberti vulgo

S. Ram-

S. Rambert, ubi pons lapideus viſitur, & quidem primus qui ab origine ſuper Ligerim ſtructus eſt.

Superior Borbonia tantum complectitur regionem, quam vocant *Combraille*, in qua eſt urbs *Montagu*; magis autem montoſa eſt quam inferior Borbonia.

LEMOVICES.

Lemovicum provincia vulgo *le Païs de Limoiſin* fines habet ad Septentrionem & Aquilonem Bituriges; ad ortum Borbonios; ad Meridiem & Vulturnum Arvernos; ad Africum & Occidentem Petrocorios; ad Caurum denique Pictones. Hæc provincia vulgo dividitur in ſuperiorem & inferiorem. Superioris metropolis eſt Lemovicum vulgo *Limoges*, quæ urbs eſt ad Vigennam amnem, partim in valle, partim in monticuli faſtigio ſita; arce muriſque bene munita; aquis abundans, quas limpidus fons, qui in ſuperiore urbis parte eſt, ſuppeditat; Epiſcopatus gaudet dignitate.

Reliqua oppida ſunt *la Soubſterraine, le Boiſſon, Barat, Dorat, Conſoulat, S. Trier la perche* hodie urbs muris clauſa quæ habet Eccleſiam collegiatam; oppidum S. Iuniani: oppidum

S. Leo-

S. Leonardi pulchra & divite Abbatia nobile: Chaluſium denique nundinis celebre.

Inferior Lemovicum provincia, ſuperiore nemoroſior, vulgo *la marche de Limoiſin*, ad limitem Arvernorum & Petrocoriorum.

Ejus præcipua urbs Tutela vulgo *Tulle*, civitas exigua (inquit *Thuan.*) à Ioan. XXII anno CIↃ CCC XVIII Epiſcopali dignitate, territorio à Lemovicenſi avulſo, ornata, negotiationibus dives, tribus ſuburbiis, quæ ipſam magnitudine vincunt, ampliata & montibus prǽaltis undique circumdata, amne alluitur, qui ſecundum mœnia labens ſuburbium inferius urbe ipſa majus ac mœnibus cinctum interfluit.

Reliquæ ſunt Vſarcha non inamœnum oppidum, grati aëris, ad flumen Vezeram, quod expugnari non poſſe fama jactitat. Proverbio quippe fertur, cui Vſarcha eſt domus, arcem eum poſſidere in Lemovicum ditione.

Briva oppidum in læta fertilique planicie ſitum, ſilvis obſitum, vinetis non deſtitutum; ſedes eſt Seneſcalli.

Sunt & alia, Treignacum, Donzenacum, Allaſſacum, Bellus-Locus, Meiſſacum, Vſſetum, Bellomontium.

PETRO-

PETROCORII.

Petrocoriorum provincia vulgo *Perigord* fines habet ad Orientem Lemovices, ad Occidentem Encoliſmenſes & Sanctones, ad Septentrionem item Encoliſmenſes, intra quorum fines penetrat; ad Meridiem Aquitaniam ſecundum flumen Dordonam. Ea (inquit *Thuanus*) eſt nobilitate innumera, quam vix capit, fœta; & ingenio loci, quod vel nomen ipſum indicat, dura & rixarum ac novarum rerum ſemper cupida, ad quoſvis rumores facile commoventur.

Præcipua hujus provinciæ urbs, vulgo *Perigeux*, in planicie quidem ſita, ſed undiquaque viniferis collibus & tumulis circumcincta; in duas diviſa partes, quæ circiter centum paſſibus à ſe invicem dirimuntur; Epiſcopum ſuum habet.

Cætera ſunt *Sarlat* oppidum Epiſcopale: Bergeracum novis munimentis validiſſimum & frumenti generoſique vini & aliarum frugum copia lætiſſimum. Riberacum: *Noneron* ſive *Nontron*: *Lunel*: *Biron*: *Branthomme* oppidum peramœnum & in agro ſatis

fertili

fertili ſitum ſuper amnem Drunam vulgo *Dronne: La Roche : Miraumont.* Quibus addunt Lindum oppidum fonte miræ ſcaturiginis turri incluſo famoſum.

Limolium in ſolo prædiviti ſitum, ipſumque ſuper rupem conditum, cujus radices Dordonna amnis lambit. Liburnum (inquit *Thuanus*) in Petrocoriis, oppidum ſitu opportunum, ubi Iſula ad Duranium influit, & ex æſtu maris per Duranium in ipſam regurgitante & vento incumbente tam ſubito ac vehementi turbine aqua nonnunquam glomeratur, ut navigia niſi experti nautæ id caverent, parum ab ſubverſionis periculo abeſſe videantur; eum turbinem vulgo Maſcaretum vocant, & inter admiranda & peculiaria loci illius tota Aquitania celebrant.

ARVERNI.

Arvernorum provincia vulgo *Auvergne* fines habet ad ortum Forenſes & Lugdunenſes; ad occaſum Lemovices: ad Meridiem Velaunos: ad Septentrionem Bituriges & Borbonios.

Dividitur in ſuperiorem & inferio-

rem.

rem. Superioris quæ fere montenſis eſt oppida ſunt *S. Flour* urbs in edita & undique prærupta rupe ſita, & Epiſcopi ſedes.

Aurilac vel *Orillac* quæ arcem habet intra mœnia editæ rupi impoſitam, ita ut toti urbi imperet. Cætera fere ſunt, *Charlat: Murat. Billon*.

Inferior (quæ Limaniam complectitur vulgo *la Limagne*,) patet in longitudinem à veteri ponte Brivatenſi ad Ganat circiter viginti leucas; in latitudinem à monte qui vulgo *Poi de Dome* appellatur, uſque ad oppidum quod vulgo *Thiers* dicitur circiter octo. Principalis ejus urbs Claromontium, amœniſſima & pulcherrima ſitu & fontibus abundans: quam Cæſaris Gergoviam fuiſſe volunt.

Cæteræ ſunt *Rion* (Ricomagum vocat *Maſſon*): Montferrant in vertice editi montis ſita; olim tantum caſtellum: Iſſodorum (vulgo *Yſſoire*) urbs in planicie ſita quam Elaver flu. præterfluit. *Brioude*, *Aigueperſe* & plures aliæ.

Ad hanc provinciam pertinet Ducatus Montpenſier.

CADVRCI.

Cadurcorum provincia vulgo *le Quercy*

Quercy fines habet ad Occidentem Petrocorios, ad Orientem Arvernos, ad Septentrionem Lemovices, ad Meridiem Vaſcones. Duas Diœceſes complectitur Cadurcenſem & Montalbanenſem.

Principalis civitas eſt Cadurcorum urbs vulgo *Cahors*;

Divona olim (inquit *Thuanus*) ut quidam putant, appellata, Oltæ impoſita eſt, qui in Gabalis ortus per Rutenos in Cadurcos deſcendit & urbem tribus partibus alluit; nam quarta tantum per terram & Barrenſem portam aditur. Fluvius tribus pontibus frenatur, vetere, Celandrio & novo; qui rurſus duabus portis clauditur ſine ullo ponte penſili; tantum in medio duobus propugnaculis ſe per latera invicem ſpectantibus firmatur.

Altera Mons Albanus ſuper Tarnum fluvium, qui à Cevennicis montibus profluens, per Gabalos & Ruthenos labitur; urbs hæc (inquit *Maſſon*) dives, populoſa & egregie munita, ſalubris quoque tabidis ut medici ajunt. Habet Epiſcopum decreto Ioann. XXII & fontem mirandæ ſcaturiginis, tantaque eſt hujus ſoli ubertas ut cum feraciſſimis poſſit contendere. Sita eſt urbs in faſtigio editi collis, &

verſus

verſus pontem ſuper Tarnum declinat: pons hic elegantiſſimæ eſt ſtructuræ.

Reliquæ urbes ſunt *Caſtel Sarrazin* in declivi loco ſita ſed bene munita. *Montech* exiguum oppidum.

Moiſſiacum vulgo *Moiſſac* opulento Benedictini ordinis cœnobio illuſtre, & amœniſſimo ſitu; nam ad Septentrionem & Occidentem colles jacent vinetis culti, ad Orientem campeſtris regio paſcuis & fructiferis arboribus abundans, ad Meridiem Tarno rigatur, qui mœnia illius lambit. Olim longe majorem fuiſſe quam eſt hodie veterum murorum veſtigia teſtantur.

Lauſerte oppidum ſuper rupem condita.

Souillac ſuper Dordonam amnem ad extremum hujus provinciæ limitem.

Quibus alii addunt *Burelle, Nazareth, Gourdon* & *Martel*.

RVTHENI.

Ruthenorum Provincia vulgo *Rovergne* fines habet ad Occidentem Cadurços, ad Septentrionem Arvernos; ad Orientem Velaunos, ad Meridiem

Albigenſes & Gabalos. principalis illius urbs *Rhodes.* reliquæ ſunt *Ville-Franche de Rovergue* , *Eſtauges* , *Eſpeyron.*

AQVITANIA.

Aquitania olim fere tertiam Galliæ partem complectebatur, & à montibus Pyrenæis ad Ligerim uſque pertinebat, hodie longe ſtrictius ſumitur & fere Garumna terminatur ; à nonnullis & Guiennæ finibus concluditur. Atque ita ſtrictius ſumta , primum habet ad Oceanum *le païs de Medoc* , (Medullorum littus appellat Thuanus,) ad Garumnæ oſtium , id pulcherrimum toto mari Oceano & ſpacioſiſſimum dividit ſcopulis impoſita turris Cordoana , iter navigantibus interdiu noctuque accenſis ignibus monſtrans. Comprehendit autem hæc Medulorum provincia quicquid terrarum inter Burdigalam & Garumnam Oceanumque concluditur ; ſolum arenis & pulvere ſquallidum ; Bernardus Allianus Hiſtoriæ Gallicanæ Scriptor (inquit Maſſon) apud Medulos natus mihi retulit, Medulos non eſſe Inſulam, ut fere opinio eſt , ſed continentem regionem plane infertilem, abundare tamen

men ſubere, pice, reſina, tædis & ejuſmodi rebus; nec ea pars quæ littori proxima eſt caret vitibus, ſicut & prope Solacum non deſunt ſalinæ, nec non quam proxime in ipſo Garumnæ oſtio frequens eſt oſtreorum piſcatus ſingularis & ſuaviſſimi ſucci, quæ Burdigalenſes glareoſa & Solacenſia appellant. Medulis contigui Boii, quos Paulinus Piceos nominat, infœliciſſimo ſolo habitant, in quo nihil præter arenum, ſabuleta ac pineas ſilvas invenias: quibus tamen ex pinetis, quæ reſinam & picem ferunt, uberem quæſtum faciunt: vulgo *le païs de Bouch* appellatur, ejus Dominus olim *le Capital* dicebatur, hodie ad Comitem Candale pertinet.

Burdigalenſis provinciæ vulgo *le Bordelois* caput eſt Burdigala celeberrimum Aquitaniæ emporium; de qua Michael Hoſpitalis;

Terraque marique potentem
Burdegalem, portus ubi fluminis unda capaces
Mille carinarum facit æſtu inflata marino.

Reliqua oppida ſunt Blavia vulgo *Blaye* oppidum & arx muniriſſima, quatuordecim à Burdigala & ab oſtio Garumnæ triginta milliaribus; cuſtodes

vigileſque habet perpetuos (inquit Maſſon) qui tanquam è ſpecula quid tota Garumna rerum afferatur diligenter obſervent, inolevitque mos ab expulſis Aquitania Anglis, in hunc diem, ut minime his liceat navibus Burdigalam tendere, niſi prius ante Blaviam ſupparum & reliqua vela ſubmiſerint & poſitis anchoris tormenta ænea conſignarint; arciſque præfecto ſingularum navium ergo aureum perſoluerint.

Liburnum oppidum ſitu firmum ad inſulæ amnis & Durany confluentem poſitum.

Burgum Pontii Leontii vulgo *Bourg ſur mer* : antiquum & validum bello oppidum (inquit Maſſon) à Paulinis ejus authoribus ad confluentem Ellæ in Garumnam.

Quibus addunt *Condat, S. Macaire, Larmont, Carbonnieres, & Carbon blanc. Fronſac* è munitiſſimis hujus provinciæ oppidis, quippe vertici montis impoſitum, & amœniſſimo proſpectu.

Vaſatenſis provinciæ vulgo *le Baſadois*, caput eſt Vaſatum vulgo *Baſas*, urbs antiqua & Epiſcopalis, loco arenoſo poſita. unde Sidonius lib.8. epiſt. 12. Tantum ne te Vaſatium civitas non ceſpiti impoſita, ſed pulveri tantum, ſyrticus

ſyrticus ager ac vagum ſolum & volatiles ventis altercantibus arenæ ſibi poſſident &c. Coſtio antiquis dicitur.

Reliqua oppida ſunt *S. Bazeille* ſive S. Baſiliæ oppidum, quod Baliſa amnis attingit vulgo *La Baiſe.*

Regula vulgo *La Reolle* ad Garumnam cænobio nobile ac ſitu opportunum oppidum (inquit Thuanus), ſuperioribus annis à Rege ſecuritatis cauſa Proteſtantibus conceſſum.

Monſegurium, oppidum tumulo, in quem à nulla parte deſpectus eſt, inſidet, in planicie porrectum & anguſtius, qua Regulam oppidum ſpectat, qua Duracium ſpatioſius & domibus magis frequens, eaque parte duas turres habet ampliſſimas, porta media, quæ propugnaculo è terra ſtructo defenditur, ſubjecto Droto amne, qui tumuli radices ab uno latere alluit.

S. Ferme, Caſtel moru, Geronde : Salvaterra vulgo *Sauveterre* &c.

Ora autem Aquitaniæ (inquit Maſſon) maritima à Burdegala Baronam tendentibus protenditur in leucas triginta & alioquin infructuoſa & ſterilis: abundat tamen melle, lacte, ſubere. Quod ſpatium & longitudinem itineris incolæ atque exteri appellant Hiſpanica voce *llanas* id eſt planiciem ſeu

Aquitanicas Landas, ſteriles & infructuoſas.

Sequitur Lapurdia vulgo *Lapord* aut *Lourde*, quæ duas diœceſes complectitur Baionam & Aquenſium civitatem *Ville d'Acqs*.

Bajona murorum & aggerum firmata munimentis (inquit Maſſon) tutiſſimum eſt Galliarum propugnaculum, & ſede Epiſcopali & Seneſcalli prętorio & portu celebri (ad quem naves ex tota Europa conveniunt) non levem eſt conſecuta inter reliquas Aquitaniæ dignitatem. Atirus (inquit Thuanus) per aquas Tarbellicas labens, incidente Gavio, qui à Petra forata loco egregie piſcoſo deſcendit, decuſſatim eam interſecat; & plerumque intumeſcentibus ex vicino Pyrenæo ingruentibus aquis parum à ſubmerſionis periculo urbs erat, oſtio Atiri fere arenis oppleto. & parte ejus non recta per oſtium, ſed per canalem, qui ad promontorium vulgo Britonum dictum cubitali flexu decurrebat, in mare ſe exonerante. Itaque pridem tentatum ſublicis in terram fiſtucatis & lapideo muro oppoſito, ut canali illo obſtructo, Atirus per oſtium ſuum aquas emitteret, & recto curſu labens profundioré alveum ſibi foderet. quod

tamen

tamen caſu potius quam hominum induſtria accidit, tanta vi aquis recedente æſtu erumpentibus, ut disjectis hinc inde arenis, quæ oſtium oblimabant, & canali ipſo Britonum per eas plus quam per ſublices obſtructo, oſtium tanta capacitate fuit apertum ut rarius aqua in urbem regurgitet: nec tamen omni metu propterea urbs liberata, quippe arena rurſus per æſtum maris ſenſim oſtii alveum replente, unde nuper factum, ut exitum non habentibus aquis, magna pars murorum disjecta ſit.

Aquenſis urbs, quadrata forma condita, & muro foſſiſque munitiſſima; Epiſcopali dignitate & Seneſcalli prætorio nobilis; haud longe ab illa labitur *Atirus*, egregio ponte junctus.

VASCONES.

Vaſconum provincia hodie fere complectitur haſce Provincias, Aginnenſem, Armeniacam, Bigerrones, Convenas.

Aginnenſium provincia fines habet ad Orientem Cadurcos, ad Septentrionem Petrocorios; ad Occidentem Guiennam, ad Meridiem Armeniacos. complectitur duas Diœceſes Aginnenſem & Condonenſem.

Aginnenſis civitas ſita eſt in regione pulchra, amœna, pingui ac fertili, judicataque una ex ditioribus & uberioribus Aquitaniæ totius quod eam irrigeant (inquit Maſſon) tres amnes, Oltus, Duranus & Garumna, eſtque poſita in patentibus & latiſſimis campis.

Reliqua hujus Provinciȩ oppida ſunt *Villeneufve, Clairac, Marmanda, Tonens, Caſtel moron, Le Maſt, Ville Franche, S. Foy*, omnia muris cincta. & alia minoris momenti.

Condomum ampla quidem urbs, ſed non tam amœna aut frequens, neque tam omnibus rebus ad vitam neceſſariis abundans quam Aginnum; ſita eſt ſuper amnem Baliſam vulgo *Baiſe*, & undique vitiferis collibus ſepta. Epiſcopum habet & Seneſcalli prætorium. Ad illius Diœceſin pertinet Valentia non longe à Baliſa ſita; *Layrac* ſuper Garumnam & alia.

Aginnenſi provinciæ adjacet Ducatus Labretanus vulgo d'Albret, cujus præcipuum oppidum eſt Neracum in præpingui agro ſitum.

Armeniacus Comitatus duas complectitur Diœceſes Auſciorum & Lactoratenſem.

Auguſta Auſciorum, (inquit *Thuanus*) in Armeniaco principatu, Archiepiſcopali

piſcopali dignitate cum ampliſſimis reditibus ornata civitas & olim Novempopuloniæ caput: partim ad Clinum duræ & modice editæ rupis condita.

Lactoratum vulgo *Lectoure*; Epiſcopalis civitas & Armeniaci principatus caput; in vertice montis ſita difficilis admodum acceſſus, & triplici muro cincta, unico tantum aditu juxta portam qua Tholoſam itur; cæterum foſſis, mœnibus & propugnaculis ita munita ut ægre expugnari poſſe credatur.

Reliqua hujus principatus oppida ignobilia ſunt, præter Inſulam Iordani, quam Thuanus, validum haud longe à Tholoſa Proteſtantium præſidium vocat.

Bigerronum Comitatus, vicinus Pyrenæo, inter Benearnum & Convenas: ejus præcipua urbs eſt Tarbea vulgo *Tarbe* Epiſcopalis, ſuper amnem Aturrum ſita, & in aliquot partes diviſa quæ ſingulæ ſuas portas & mœnia habent; ut diverſis temporibus condita & aucta fuerit.

Reliqua oppida ſunt *Trie*, *Ravaſtenis*, *Maubourget*, & *Baigneres* à Thermis calidis ita dictum, ad radicem editi montis è quo fontes iſti calidi ſcaturiunt.

Convenarum provincia vulgo *Co-*

minges fines habet ad Ortum Furcenſem Comitatum ; ad Septentrionem Languedociam ; ad Meridiem Pyrenæum, ad Occidentem Armeniacos: vulgo dividitur in ſuperiorem & inferiorem. Superior tota montenſis, in qua ſunt urbes Epiſcopales *S. Bertrand* & *Coſerans*, reliqua oppida *S. Beat. S. Fregeou, Monregeau, Saliers* alia. Inferior magis plana, complectitur Epiſcopatum *de Lombers, l'Iſle de Dodon, Samathan, Muret, Riumes*, & magnum numerum municipiorum & Caſtellorum.

S. Bertrandi urbs è veteris convenarum urbis ruinis ædificata, in valle Capraria, Epiſcopum habet.

Coſerans urbs valde antiqua & Epiſcopalis.

S. Fregeou oppidum in editiſſimo colle & difficillimi acceſſus poſitum, qui tamen collis vinetis conſitus eſt, valles frumenti feraces, & compaſcuæ.

Lombres Epiſcopalis civitas, partim vinetis, partim fertilibus frumenti arvis, atque paſcuis cincta.

Inſula Dadonis edito loco ſitum oppidum, juxta amniculum qui vulgo *Save* appellatur.

Samathan in profunda valle ſita, quam Sava dividit; arcem habet, edito & præ-

& prærupto undique colli impoſitam adhæc muris & propugnaculis muniтиſſimam.

Muretum v leuc. à Samathan, III à Tholoſa, ſuper Garumnam, editum collem propinquum habet, è quo in urbem deſpectus eſt, ideoque bellicis inſidiis obnoxia eſt urbs.

Ad limitem provinciæ Bigerronum jacet Comitatus Gaurenſis, cujus præcipua oppida ſunt Granatum ſuper Garumnam, qui in hujus vicinia Savæ fluvioli aquas, cujus ripæ fertiles ſunt, ſuis admiſcet.

Bellomontium vulgo *Beaumont*, in planicie ſitum oppidum, procul ab amnibus.

Gimontium ad ripam fluvioli qui vulgo *Gimoe* dicitur partim in clivo prærupto, partim in planicie poſitum.

Iuxta Samathanum & Gimontium porrigitur Comitatus d'Eſtrac, cujus præcipua urbs Miranda; reliqua *Pavié*, *Caſtelnau* locus munitus & difficillimi aditus, & aliquot alia.

LANGVEDOCIA.

Languedocia nobiliſſima Provincia fines habet ad Occidentem Vaſconiam & Armeniacos : ad Septentrionem Cadurcos & Arvernos, ad Ortum Provinciam

vinciam ; ad Meridiem mare Mediterraneum. Ampliſſima hæc Provincia complectitur viginti duas Diœceſes & plurimas Provincias. Quarum prima eſt Velaunorum provincia vulgo *le Velay*, quæ fines dividit cum Arvernis. Cujus præcipua vrbs eſt Anicium vulgo *le Puys*, Epiſcopalis civitas. Secunda Tauredunum vulgo *Tournon*, juxta quod oppidum Dulcis vulgo *le Doux*, præceps rapiduſq; torrens Rhodano permiſcetur.

Secunda Gabalorum provincia vulgo *Gevoudan*, cujus præcipua urbs eſt Mimate vulgo *Mande* ; reliqua ſunt *Queſac* & *Chirac* & alia ignobiliora.

Tertia Albigenſium provincia quæ ab Arvernia montibus Gabalis ſeparatur : Cujus primaria urbs Alba Auguſta ſive Helviorum vulgo *Alby*; Epiſcopalis & valde antiqua.

Secunda Caſtra vulgo *Caſtres* ; urbs ad Gudum amnem ſita, in cujus adverſa ripa (inquit *Thuanus*) eſt villa ad Gudum quæ hodie cum urbe conjungitur, amne medio, & duabus molatrinis ad utramque ripam exſtructis. quarum ea quæ villam reſpicit cum munimento connectitur muro intermedio. De cætero locus haud admodum firmus, muro è terra fere, nam

rari

rari ibi lapides ſunt,cinctus,& turribus per intervalla diſpoſitis diſtincto,& foſſa haud admodum profunda vallato.

Quarta Toloſatum Diœceſis; cujus caput uti & reliquæ provinciæ Tholoſa, in latiſſima planicie ſita, toto regno (inquit *Thuanus*) ſi Lutetiam excipias, ampliſſima, ſi multitudinem & pulchritudinem ſacrarum ædium, Senatus poſt Pariſienſem primarii dignitatem, ſcholarum frequentiam, civium opes & ædificiorum ſplendorem ſpectes, aut par aut paulo inferior: ut non minus quam olim Palladiæ nomine hodie gloriari & poſſit & debeat. Garumna illam pene circumvallat, ut non ſolum (inquit *Maſſon*) quadraginta aut plures ante ejus mœnia frumentarias molas circumagat, ſed etiam jumentis & hominibus ſalutarem potum præſtet; & ab ea ingentibus pene par fluvijs omnis generis merces Burdigalam uſque devehat.

Quinta Lauracenſe territorium; cujus ſedes Epiſcopalis eſt ad S. Papulum vulgo *S. Papoul* VII à Tholoſa leucis; caput autem Caſtrum Arrij vulgo *Caſtelnau d'Arri*, urbs ſatis vaſta (inquit *Maſſon*) multoque populo affluens, IV leuc. à Tholoſa.

Sexta Fuxenſis Comitatus nobiliſſimus;

mus; cujus principalis urbs eſt Fuxum, præfecturæ Iudicialis ſedes. Reliqua ſunt Apamia vulgo *Pamiers* Epiſcopali dignitate clara, & fœcundis collibus undique cincta. *Saverdun* & *Maſeres.* Ad hunc Comitatum referuntur Comitatus Carmaniæ, & Mirapincenſis; poſterioris caput eſt Mirapincum vulgo *Mirepoix* urbs Epiſcopalis.

Præterea inter Tholoſam & Provinciam Convenarum ſunt oppida Caſceres ſuper Garumnam; & Rivenæ vulgo *Rieux* Epiſcopalis urbs.

Carcaſſona Epiſcopalis urbs, quæ duplex (inquit *Thuanus*) medium Atacem ſatis amplo inter utramque urbem ſpatio interjecto habet: à Meridie Ortum verſus in colle ſuperior urbs ſita eſt, in eaque Epiſcopus ſedem habet: in ima urbe in plano poſita juriſdictio regia exercetur.

Narbona Archi-Epiſcopalis urbs, dignatione & antiquitate, cujus paſſim in ea monumenta viſuntur, præcipua, ut quæ non ſolum Septimaniæ, ſed vicinæ trans Rhodanum provinciæ toti olim nomen dederit: ſita eſt agro fertili & omnibus rebus abundante, ad fluvium Atacem, qui haud longe hinc deſcendit in mare Mediterraneum.

Alecta vulgo *Aleth* urbs Epiſcopalis ad radices Pyrenæi. Aga-

Agatha vulgo *Agde* urbs Epiſcopalis ſuper amnem quem vulgo vocant *Erhaud* & non longe ab oſtio Atacis.

Biterrenſis urbs vulgo *Beſiers* urbs Epiſcopalis ad cujus radices (inquit *Maſſon*) Orgius ſive Orgio amnis decurrit; quam quaſi bis terram dictam volunt ob annonæ copiam.

S. Pontii Tomeriacum vulgo *S. Pons*, Epiſcopalis urbs.

Ledovenſis urbs vulgo *Lodeve* itidem Epiſcopalis.

Civitas Magalonenſium, Epiſcopatus Magalonenſis, vulgo *Mompelier*, urbs Epiſcopatu & præcipue Academia celebris, ſalubri cœlo, ſoloque amœniſſima juxta & fœcundiſſimo.

Nemauſus vulgo *Niſmes*, ea (inquit *Thuanus*) Narbonenſis Galliæ præcipua civitas eſt, præter opes & alia hujus ævi decora ſupra omnes, quæ toto orbe Romano fuerunt, ſi Romam unam excipias, antiquitatis venerandæ monumentis ſpectanda, Amphitheatro, palatio, delubro Veſtæ extra urbem, & admirandæ paſſim pulcritudinis ruderibus ac fragmentis, quæ cum recentibus regum noſtratium ædificiis etiam hodie certant, ac poſtremo fonte cognomine veterum teſtimoniis famoſo, qui tanta aquarum copia fluit, ut

ut Molatrinis compluribus extra & intra urbem ſerviat, inter arcem & Carmelitanam portam decurrens, in quam per canalem admittitur, porta humili clathris ferreis obſerata. Vcetica vulgo *Vſez* Epiſcopatu inſignis.

Elnenſis urbs vulgo *Eaulne* Epiſcopalis itidem.

Vaurum vulgo *La Vaur* Epiſcopalis urbs quæ ab Aculo amne vulgo *Aigu* alluitur.

Montalbanum vulgo *Montauban* urbs dives & populoſa hodieque imprimis munita.

Vivarenſis pagus, qui ſecundum Rhodanum circiter viginti leucas in longitudinem protenditur, in montes colleſque aſſurgens, in qua plura oppida, Vivarium præcipuum, in ripa Rhodani poſitum, ad quod Epiſcopatum Helviorum urbe everſa traductum volunt. Cætera ſunt *Nonnay*, & pons S. Spiritus qui Langedociam à Provincia ſeparat; & pontem habet longe pulcherrimum ſuper Rhodanum. Et alia minoris momenti.

In eadem Provincia ſunt & Aquæ Mortuæ vulgo *Aigues Mortes* locus olim portu celebris, nunc prorſus oblimato & inutili.

LVGDVNENSIS PROV.

Lugdunenſis provincia vulgo *Le Lyonnois*, limites habet ad Septentrionem Breſſiam, ad Ortum Sabaudiam; ad Meridiem Delphinatum; ad Occidentem Arvernos & Forenſes. Huius metropolis eſt Lugdunum vulgo *Lyon*; urbs antiqua & nobilis. interfluit fluvius Arar, ſuper quem pons ex novem fornicibus ſtructus magno urbis commodo, & haud longe ab urbe in Rhodanum influit. Emporium eſt celeberrimum; de quo plura dicere brevitatis cauſa ſuperſedeo: Qui accuratiſſimam illius deſcriptionem deſiderat legat Guilielmum Paradinum.

DELPHINATVS.

Delphinatus nobiliſſima provincia fines habet ad Meridiem Provinciam, ad Occidentem Rhodanum; ad Septentrionem Lugdunenſes; ad Orientem Sabaudiam & Alpes. Dividitur vulgo in ſuperiorem & inferiorem. Superioris metropolis eſt Ebrodunum vulgo *Ambrun*, maritimarum alpium (inquit *Thuanus*) metropolis: ſita eſt in tumulo, qui extat in media valle paſcuis læta, rigante illam amne Druentia; & undiquaque collibus cincta qui egregia

fertilitate & frumenta ferunt & vites, & omnis generis arboribus abundant. Archiepiſcopum habet. Reliqua oppida ſunt Valentia Cavarum (ut vocant docti) vulgo *Valence*, ad Rhodanum ſita, in ſolo fœcundo, duplici muro cincta, & diverſis propugnaculis æquali intervallo diſtincto. Epiſcopum habet; & Academiam celebrem in qua Cujacius jus civile cum ſumma gloria illuſtravit.

Dia vulgo *Die* urbs item Epiſcopalis: ſed quæ unitur (ait *Maſſon*) cum Valentiæ Epiſcopatu.

Vapincũ vulgo *Gap*. Epiſcopalis urbs.

Inferioris hodie metropolis eſt Gratianopolis vulgo *Grenoble*, plano loco ſita, & in agro fœcundiſſimo; interluit illam Iſara, cujus ripæ hic pulcherrimo ponte junguntur; alluit Draco, rapidiſſimus torrens. Epiſcopum habet, & Parlamentum totius Provinciæ hic reſidet.

Proxima eſt Vienna quondam primaria, & hodieque Archiepiſcopi ſedes, ad Rhodanum ſita.

Reliqua ſunt Romanus vulgo *Romans* urbs (inquit *Maſſon*) ſitu Hieruſalem valde ſimilis; ubi lapideo ponte Iſara tranſitur: hæc inter opulentiſſimas cenſetur.

Montilii

Montilii Ademari oppidum vulgo *Momt-Limar*, mediocre (inquit *Maſſon*) at pulchrum & placidum, muriſque & foſſis egregie cinctum, circumdatumq; virentibus hortis.

Mura (inquit *Thuanus*) oppidum eſt loco inæquali ſitum cui ſuperimpoſita eſt arx, tumultuario opere à Diguierio munita; de cætero foſſà profunda vallatum, & in angulo qui Meridiem reſpicit ampliſſimo propugaculo firmatum. Sunt & alia quam plurima quæ brevitatis cauſa prætereo.

PROVINCIA.

Nobiliſſima Galliæ regio quæ vulgo Provincia dicitur, fines habet ad Septentrionem Delphinatum, à quo Velæis montibus & Druentia amne ſeparatur, ad Orientẽ Alpes & Varum fluvium, ad Meridiem mare Mediterraneum; ad Occidentem partim Arauſiorum principatum, partim Avenionis & Veniſſæ Comitatum, denique Rhodanum. Sunt in illà præter minora oppida, duæ civitates Archiepiſcopales & undecim Epiſcopales.

Archiepiſcopales ſunt Aquæ Sextiæ & Arelate.

Aquæ Sextiæ vulgo *Aix*, Parlamenti Provincialis ſedes, intra cujus muros

multa veneranda antiquitatis monumenta viſuntur.

Arelatum vulgo *Arles*, loco paludoſo ſitum (ait *Thuanus*) qua flumen reſpicit, ad Auſtrum & Ortum Saxoſus campus excipit antiquis memoratus, qui derivato ex Druentia canali nonnihil cœpit miteſcere, & qua parte colitur, inter ſaxa illa optimum & puriſſimum frumentum producit. Turonus amnis ipſam urbem circuit: ceterum ad ſiniſtram Rhodani ripam ſitam.

Maſſilia vulgo *Marſeille* Epiſcopalium prima, antiquiſſima urbs, undis Gallici maris, (inquit *Maſſon*) tribus partibus abluitur. Quarta pars illa eſt, per quam ad eam acceditur per continentem. Quo in ſpatio quicquid ad arcem pertinet, expugnatu difficile eſt, natura difficilem expugnatum reddente, nam vallis altiſſima & longa & aſcenſu ardua eſt.

Dina vel Dinia vulgo *Dine* vel *Digne*.

Graſſe vel Graſſenſe oppidum.

Glannate vulgo *Glandeves*.

Senas: Veſdantiorum oppidum in Alpibus maritimis Ptolom.

S^t^. Paul de Vences in Alpibus maritimis oppidum.

Apta Iulia vulgo *Apt*.

Reienſium civitas vulgo *Reius*.

Forum

Forum Iulii vulgo *Freiuls.*

Ceſtero vulgo *Ciſteron.*

Telonum vulgo *Tolon;* oppidum in interiori maris receſſu novem leuc. à Maſſilia.

Præter has Epiſcopales urbes ſunt & aliæ non minoris notæ.

Antipolis vulgo *Antibe*, antiqua urbs; quæ (inquit *Maſſon*) ob vicinam Nicæ quæ ad Ducem Sabaudiæ pertinet & propter prædonum injurias hodie propugnaculis munitur.

Olbia hodie Yeres vel Hieres ad mare tribus à Telono leuc. Huic in mari Mediterraneo objacent Stæchades Inſulæ hodie Hieres vel Yeres, circa quas præſtantiſſimum Coralium colligitur.

S. Maximini oppidum, ſex grandicribus leucis Maſſilia verſus Boream.

Martigia urbs eſt (inquit *Thuan.*) cum inſula cognomine in Iſthmo ſinus qui vulgo Martigium mare ob id dicitur. Inſula ponte cum continente conjungitur. Infra eam altera inſula in oſtio maris ſita eſt, in eaque turris Hircina conſurgit pro ſpecula navigantibus poſita.

Porro in Rhodano inſula eſt (*Maſſon*) *Cay maray* nomen ferens quæ Camarga corrupte ab incolis dicitur. Ea ſeptem provinciales leucas amplectitur,

tur, frumentoque, pabulo, fructiferis arboribus, aliiſque ad victum neceſſariis rebus abundat. Poſtremo pars Rhodani mare petens duas inſulas facit, unam Salinarum quæ Pequenſium dicitur, aliam Marticarum multo ſpatioſiorem & ſponte illi cedentem; in qua Salinæ penitus admirandæ viſuntur. Pequentium autem (vulg. *Iſle de Pequais*) longior quam latior. O quantas opes non provinciæ in qua ſita eſt, ſed Regi Galliæ Chriſtianiſſimo affert propter Salinas, ſaliſque conficiendi rationem.

SEBVSIANI.

Anno demum CIↃ IↃ CI Regno Galliæ acceſſit Sebuſianorum provincia vulgo *Breſſe*, à Rege primum armis occupata, dein à Duce Sabaudiæ pro Saluciarum principatu tradita.

Hujus præcipuum oppidum eſt Burgus vulgo *Bourg en Breſſe*, quod forum Sebuſianorum, & Tanum olim dictum volunt: oppidum (inquit *Thuanus*) loco paluſtri ſed fœcundo poſitum, ad ortum Iuræ montes & molli clivo deſcendentes amœniſſimos colleis vitibus conſitos habet, Septentrionem verſus Sequanos, Lugdunum ad Meridiem reſpicit; ab occaſu lata ſe plani-

cies

cies pandit & ad Aratim uſque porrigitur. Vt autem melius pateat quæ loca Sabaudus Regi Galliæ tradiderit; ipſas condiciones attexam. Pacta (inquit *Thuan.*) hujuſmodi fuerunt, ut omnis intra Rhodanum à Geneva urbe tractus ipſo fluvio comprehenſo ad ditionem Francicam cum omni jure ſupremi dominii deinceps pertineat. tantum pro tranſitus in Sequanos commoditate pons Greſini inter Cluſuras & Arbiæ pontem cum deſignatis aliquot pagis Sabaudo reſervatus, ea lege, ut nullum vectigal imponere aut toto illo tractu ullum propugnaculum exſtruere poſſit. Burgi arx bona fide Regi tradatur, cum tormentis & omni bellico apparatu & annona. Trans Rhodanum præterea Seiſſellium, Daira, Chauſſium, Arlæ-pons, Chava, Caſtellum cum omni juriſdictione ſua Regi cedant. Præterea Gexenſis præfectura cum omni territorio ac pleno jure, ſicuti iis Sabaudi deceſſores uſi ac fruiti ſunt, &c.

BENEARNUM.

Benearnum vulgo *Bearne* Navarræ Regni appendix ad Regem Galliæ hodie pertinet. Ejus metropolis hodie eſt Pavium vulgo *le Pau* ubi parlamen-

tum eſt illius principatus: Vrbs ad ripas Gavi ſive Gaberi fluminis ſita, ſeptem leucis à Pyreneo tantum diſſita, ſed in ſolo plano, pulchroque poſita. Subeſt Benearnenſis provincia duobus Epiſcopis Eloroni & Laſcurræ. Eloronũ vulgo *Oleron*. Laſcurra vulgo *l'Eſcur*. Reliqua oppida ſunt *Serrances*: Orthes vel Hortes Academia ubi litteræ docentur, Horteſiique ſubſunt Epiſcopatui Laſcurrenſi: Morlas ubi moneta cudebatur. Pontac: Codeich: & Navarrinum.

Atque hæc quidem de provinciis quæ propriis Galliæ limitibus continentur; Henricus II adjunxit bello acquiſitam Metim cum ſuo territorio; itemque Toul & Virodunum.

Virodunum (inquit *Thuanus*) urbs illa initio ſub Merovingorum imperio fuit, vix lachrymis & precibus Exuperii à vaſtitate & incendio aſſerta, quod pro Gillone Romano contra Clodoveum Francorum regem ſtetiſſet; poſtea ſub Carolovingis fuit, inque ea Auſtraſiæ Reges ſedem imperii ſui habuere.

Sed inclinantibus Carlovingorum rebus ann. ↄ cccc xxiv. Othoni II à Carolo Simplice jus, quod in ea regibus noſtris erat, emtionis titulo conceſſum

ceſſum fuit & tranſactione inter Othonem III & *Ludovicum* IV. Cæſares facta, omnino alienata eſt, hoc addito, ut nuſquam deinceps Francorum regibus eam repetendi jus eſſet. ab eo tempore ſub Germanis fuit, à Comitibus adminiſtrata uſque ad Godofredi Barbati F. qui LXVI annis poſt, ſuſcepta in terram Sanctam profectione, cum ſe & ſua omnia Deo devoviſſet, jus quoque omne in ea ſuum in Aimonem Epiſcopum ac ejus, ſucceſſores tranſtulit, cum poſtea *Lotaringiæ* duces, in quorum finibus Virodunenſe territorium eſt, potentia ſua freti jus in eam ſibi tempore quæſiviſſent. Richerus *Epiſcopus* centeſimo anno poſt, eam à Balduino Godofredi Bullionenſis fratre magno pretio redemit, cum ille cum fratre ad Hieroſolimitanam expeditionem proficiſceretur. Deinceps inſtitutus in ea Senatus, qui immunitatibus ac privilegiis ab Imperatoribus conceſſis paulatim, ut in reliquis Imperialibus civitatibus hodie videre eſt, Epiſcoporum juriſdictionem ad ſe traxit. Hanc urbem Rex Henricus II anno CIↃ IↃ LII ſatagente Carolo Lotaringo Cardinali in poteſtatem redegit, ſalvis privilegiis & immunitatibus. Sed Cardinalis ſubito poſt

Regis diſceſſum vocatis in ædes privatas civibus, quos rebus ſuis favere cognoverat, ex ſuggeſtu magnificam & luculentam orationem apud ipſos habuit, & laudata egregia Regis voluntate, ac damnata publica ſub ſenatu adminiſtratione, quam Epiſcopis juriſdictione erepta gravem admodum hucuſque experti fuerant, novam adminiſtrationis formam inſtituit, cujus capita ſcriptis mandari jubet; tum circumſtantes rogat, placeretne ut deinceps reſp. hiſce legibus cum Regis patrocinio & Epiſcoporum juriſdictione regeretur: cumque voce ſublata omnes conſentirent, leges recitatæ ac promulgatæ ſunt.

Metis (inquit *Thuanus*) vaſto ambitu circiter IX mill. paſſ. complectitur, ab Occidente & Septemtrione Moſella fluvio cincta, qui prope urbem in duos canales diviſus, altero muros alluit, altero in urbem per Barrenſem pontem, qui altior eſt, accipitur & per alterum qui humilior eſt exit: tum Saram fluvium excipit, qui pariter à Meridie & Oriente urbem cingit, & bifido curſu muros, ut & Moſella, atque urbis partem alluit. Ita undique fere civitas fluviis illis ambitur, nullis præterea pomœriis firmata, quod cives naturali ſatis

ſatis ſe munimento tutos exiſtimarent. Ab ea parte; quæ inter Occidentem & Meridiem jacet, quod neque Moſella Saráve allueretur, pomœriis utcunque & ingenti propugnaculo;ſed undique obtuſo, quod ante Campanam portam prominet, eam ab antiquo cives munivere, ad hodiernos uſus fere inutili. Sed Guiſius & alii poſtea urbem egregie muniverunt.

II.

DE COELI SOLIQVE in ſingularibus provinciis qualitatibus.

PRo diverſitate Climatum, cœli ſolique in Gallia qualitates diverſæ ſunt. Circa Lutetiam ſolum non modo frumenti, vini, cæterarumque frugum egregie ferax, ſed & amœnum impriміſque riguum: Belſia frumenti feraciſſima; Secalaunia arenoſo licet ſolo, ſecales tamen uberrimo proventu dives. Blæſenſis ager præter frumenti, vini, aliarumque rerum ad vitam humanam neceſſariarum abundantiam, proceris arboribus luxuriat: multis amnibus,

nibus, rivulis, ſtagnis rigua, eaque re Belſia potior. Aurelianenſis ager aucupio, venationi piſcationique peropportunus, ſed generoſi vini copia laudabilior. Vaſtina regio, ſylvis luciſque amœna, cæterum arenoſo ſolo & fere effœto. Senonenſis omnibus rebus ad vitam humanam neceſſariis affluens vino imprimis delicato; ob nucum item copiam etiam oleo. Autiſſiodorenſis vino abundat, ita ut Lutetiæ omnibus anni menſibus magnam copiam ſubmittat. Campania læta planicie ideoque ſementi aptior, ſed telluris in quibuſdam partibus levitate, agricolæ minus ex voto reſpondet. Brya ſereno admodum cœlo gaudet & licet nemoribus abundet nullius tamen annonæ indiga eſt. Picardia nullius rei indiga præterquam vini, cætera non modo ſuis ſed & vicinis abunde ſubminiſtrat. Nivernium, fluminibus multis dividitur, & licet ſylvoſior ſit, tamen paſcuis egregie dives eſt. Metallis quoque abundat præſertim ferri, quod hic præſtans & magna copia effoditur. Lapicidinæ quoque illius celebrantur. Biturigum provincia nullius quoque rei indiga, amnium opportunitate qui conjuncti ſe in Ligerim præcipitant, varias quoque fruges cum

aliis provinciis facili commercio commutat. Tota autem Gallia nulla eſt regio, ubi ver ubi æſtas atque autumnus ſuaviores ſint, vel pira meliora cæterique fructus præſtantiores, quam in agro Turonum. Cœnomanorum ager imprimis riguus, ideoq; paſcuis quam arvis melior; licet nonnullis partibus ne vini quidem optimi, aut frumenti ſit inops. Andegavenſis provinciæ colles quidem vinetis, campi proceriſſimis arboribus veſtiuntur; vina alba imprimis laudantur: opportunam autem commerciis faciunt flumina, quæ nuſquam toto regno frequentiora aut majora reperiuntur: Linum quoque & cannabe hic abundat. Normmannia licet neque paſcuis neque arvis deſtituatur, tamen maris vicinia, incolarum ingenia magis mercatura quam agricultura delectantur: neque tamen propterea aut vino aut frugibus aut ullo alio annonæ genere deſtituitur; vini quoque inopiam ſupplet, Pyraſium aut Sicera: vicina autem mari fere ſterilia ſunt, aut cultoribus ſuis ingrata. Britannia inſignis provincia, & paſcuis læta & frugum copia dives; vina minus laudata: Metallorum variæ venæ, ferri, plumbi atque etiam argenti: commerciis præterea dives; & maris flumi-

numque opportunitate nullius rei indiga. Pictonum provincia pingui admodum gleba; frumentis, vino, lana, lino, variiſque fructibus ſupra modum abundat; quemadmodum & proxima Sanctonum provincia, quæ non modo ſuis abunde ſufficit, ſed & vicinis Anglis, Hiſpanis, Belgiſque mittit. Petricoriorum ager montoſus, aſperque, & magnis nemoribus opacus, in quibus præter quercus, quas ipſi vocant *Iarrie* innumeræ Caſtaneæ viſuntur, inſigni tam hominum quam porcorum paſtu. nec tamen aut frumentis, aut vino carent, quantum indigenarum uſus poſtulant. Cœlo gaudet imprimis ſalubri, ita ut raro peſtis hic ſæviat. Fontes habet ſulphureos & aluminoſos: nec medicis herbis, aut terris caret, cum non procul ab urbe primaria gleba quædam rubra effodiatur boli Armeniæ æmula. Limogum provincia, cœlo frigidiuſculo & ſolo haud ſatis fœto, triticum admodum parce, ſecale & hordeum paulo fert largius: Nec vina ſatis laudata præterquam in inferiori provinciæ parte. Cæterarum rerum & ſumma hic copia & vilitas. Arvernia ſuperior, vini indiga, ſed paſcuis dives: inferior nullius rei indiga, etiam venis auri argentique & aſuli lapidis celebratur.

bratur. Borbonia & Forenſis comitatus arenoſo ſunt ſolo & pleriſque locis effœto, unde frumenti hic inopia; vinum quoque niſi parce admodum incolis ſuis indulgent; Forenſis tamen Comitatus longe aſperior eſt Borbonia. Burgundia vario eſt ſolo, neque tamen fruges tanta copia ubique producit, ut incolis ſuis abunde ſufficiant; vina magis laudata: cœlo gaudet clementi, abundatque amnibus. Lugdunenſis ager tellure nonnihil macra & ſoluta levique; ſecundum ripas tamen Araris & vinetis & paſcuis amœnus eſt. Delphinatus montana frumento, præſertim ſecale abundant; nec minus paſcendis armentis & pecori ſunt opportuna: vinetis inidonea. Campeſtria qua Rhodanum attingunt ſupra modum fœcunda, & vini laudati feracia; paſcua præterea amœniſſima, & variis amniculis & torrentibus rigua. Provincia longe fertiliſſima regio, non modo iis fructibus, quos cæteræ provinciæ ferunt excellit; ſed & Aurantiis malis, limonibus, granatis, olivis. Etiam croco, & oryza abundat. Sed ſuperior illius pars, vites maligne, fructiferas arbores benigne admodum nutrit; ob montium enim vicinitatem, qui jugi nive teguntur paulo frigidior eſt: incolæ tamen

non

non ſecus quam reliqui & opibus pollent & armentis,pecoreque abundant. Languedocia haud dubio inter Galliæ provincias glebæ pinguedine, & omnium frugum feracitate eminet: licet nonnullis locis occurrant terræ effætæ & arenoſæ, prope Peſenas & Nemauſum atque alibi. Vivarenſium ager ſecundum Rhodani ripam omnibus rebus ad vitam neceſſariis abundat. Et licet magna illius pars editis montibus obſita ſit, incolarum induſtria & laborum patientia fit ut ne hæc quidem pars ſqualleat. Velaunorum & Gabalorum agri ſecale tantum & legumina abunde ferunt, hæ incolarum unicæ opes, niſi quod lacte, caſeiſque abundent; quos cum vicinorum vinis commutant. Ruthenorum provincia montenſis, aſpera, & ſterilior: ſed quercetanorum non modo frumenta ſed & præſtantiſſimum vinum producit. Hic & armentorum copia, & ligni cædui abundantia, atque carbonum foſſilium; amnes illius piſcoſi, præſertim Tarnus, qui optimos ſturiones nutrit quos indigenæ appellant *Creacs*. Fuxenſis regio montana paſcuis dives, ditior tamen metallis, nuſquam enim præſtantiores ferri fodinæ reperiuntur; nuſquam meliora marmora & id

genus

genus lapidum. In montanis Lauedani optimi & robuſti equi nutriuntur, qui Hiſpanienſibus nequaquam cedunt, ſi non ſuperant: ſed minor ob anguſtias loci hic eſt copia. Convenarum provincia Fuxenſi par ſi non potior; tanta frumenti, vini, olei & aliarum rerum copia affluit. Bigerronum varia eſt conditio, nam qua declinat ad amnem *Aulbe* inter fertiliora Guyennæ loca cenſeri poteſt; qua vero attollitur, ſolo arenoſo eſt & pene ſterili. Burdegalenſis ager optimum fert vinum non tantum ſuis ſed & exteris: aër tamen hic ob maris viciniam & alias cauſas inſalubrior, & præſertim Burdegalæ incolarum valetudine infamis. Benearnum vinum fert optimæ notæ; milio abundat imprimis, licet ne reliquarum quidem frugum ſit inops.

III.

DVCATVS, COMImitatus, aliaque Dominia Coronæ unita.

ANdes (vulgo *Anjou*) : Hugo Magnus Comitatum Andium dedit Gaufrido Griſegonnello fortiſſimo equiti ut ipſi auxilio eſſet in Regno recuperando : is genuit Fulconem ; Fulco Gaufridum Martellum ; qui cum liberis careret Comitatum reliquit cognato Gaufrido Barbato; quo itidem ſine liberis defuncto ſucceſſit frater Fulco Rechinus aut Rudis; qui ſuſtulit Gaufridum & Fulconem qui ambo Comites Andium fuere;Fulco genuit Gaufridum V. cui è Mathilde Henrici I. Angl. R. filia natus Henricus Rex Angl. Dux Norman. & Guiennæ, Com. Andium &c. huic in Comitatu ſucceſſit filius tertio genitus Gaufridus qui è Conſtantia Comitiſſa Britanniæ reliquit filium poſthumum Arthurum ; qui cum Richardo patruo in Regnum Angliæ deberet ſuccedere, à Ioanne patruo crudeliter trucidatus fuit. Quare Philippus Auguſtus Rex Franc. omnes terras quas Ioannes Rex

Ang.

Angl. jure feudi in Gall. poſſidebat, ad Coronam revocavit. Poſt illa Ludovicus Sanctus Comitatum Andium fratri ſuo Carolo conceſſit qui poſtea Rex Neapolis fuit. Ioannes autem Gall. R. in Ducatum vertit, & filio ſuo ſecundo Ludovico attribuit; huic ſucceſſit F. Ludovicus; illi rurſus filius Ludovicus; cui frater Renatus, Rex Siciliæ; quo defuncto rurſus ad Coronam rediit. Denique anno 1568 Carolus I X. attribuit Ducatum hunc fratri ſuo Henrico; Henricus regni compos factus fratri Franciſco, qui ſine liberis diſceſſit.

Normannia diu penes Reges Angliæ fuit, & in eundem modum ob ſcelus Ioannis ad Coronam Franc. retracta fuit;à quo tempore diu multumque de ea certatum inter Gallos atque Anglos, donec tandem Carolus VII. Anglos pene tota Gallia pelleret. Ludovicus XI. dedit Ducatum hunc fratri ſuo Carolo, ſed paulo poſt ipſi rurſus fuit ereptus & Coronæ reunitus.

Aquitania, quondam Regnum, à Carolo Calvo Ducatus titulo tradita Ranulpho, per Leonoram ad Henricum Angliæ R. devenit, & uti ſupra à Philippo Auguſto Anglo fuit ademta: cujus tamen poſtea partem ſub Ducatus Guyennæ nomine Henricus I V.

Angliæ R. à S. Ludovico accepit. Eduardus primus Henr. fil. cum Philippo Pulchro homagium facere, uti convenerat, recuſaret, poſt varia certamina Ducatu excidit. Sed filius illius Eduardus II, eumdem recepit, facto homagio & Iſabella Philippi filia in uxorem accepta. Poſt illa Ducatus Guyennæ ab Angliæ Regibus poſſeſſus fuit uſque ad Henricum VI. Angl. R. qui cum ſe Pariſiis in Francorum Regem coronari curaſſet, quæcunque in Gallia poſſidebat & nominatim ann. 1453 Ducatum hunc amiſit, regnante Carolo VII: qui illum ſecundo genito Carolo pro Normannia conceſſit; quo Burdigalæ mortuo Ducatus Coronæ inſeparabili in futurum nexu eſt conjunctus.

Touraine, Pictavium & Cenomania diu in Anglorum poteſtate fuerunt, & ejuſdem Regis Ioannis culpa fuerunt amiſſæ. Comitatus autem Pictavienſis à Carol. VII. anno 1436 inſeparabili nexu Coronæ Franciæ fuit annexus.

Aurelianum; primo Regnum; deinde Coronæ Franciæ connexum: primum à Philippo Valeſio Ducatus titulo conceſſum Philippo ſecundo genito ſuo, qui ſine liberis diſceſſit. Dein Carolus V. eundem Ludovico fil. attribuit

ex

ex quo Carolus Dux Aurelianenſis natus, pater Ludovici qui poſtea XII. illius nominis regnavit. Franciſcus I. eundem primo Henrico qui poſt illum regnavit, dein Carolo attribuit, qui ſine liberis diſceſſit. Carolus IX. & Henricus III. eumdem antequam regnarent obtinuere. Falluntur tamen qui ſecundo genitis Regum Gall. filiis hunc titulum neceſſario deberi putant, nulla enim id lege cautum aut conſuetudine firmatum, cum præter jam dictos nulli illum obtinuerint.

Delphinatus Viennenſis à Philippo Valeſio R. maximo Regum filio comparatus fuit : atque hinc factum eſt ut omnes hoc nomen habuerint, etſi non eſt primum neque præſtantiſſimum: nam qui Ducatus habuerunt ut Carolus maximus natu Caroli VI. fil. Dux Aquitaniæ & alii, primum Duces ac Delphini dicebantur; idque merito, cum Ducis dignitas Delphino anteponenda ſit. Sed tamen memoria noſtra aliter Henric. II. Rege factum, cum Delphinus Viennenſis eſſet & Dux Britanniæ, idque præteritæ hiſtoriæ ignorantia & eo quod maximi natu inde ab ortu Delphini dicerentur. Paulus Æmilius ſcribit. Vmbertum ex filii unici morte tantum dolorem concepiſſe

ut ſæpius cogitarit monaſticam vitam amplecti, adhæc Sabaudo à quo bello premebatur imparem, dum ſuis conſultum vult, omni dominatu Philippo Valeſio ceſſiſſe. Nicol. Gil. Imbertum ſtomachoſo animo erga ſuos hæredes, religionis tamen ſpecie, univerſæ ditionis ſuæ jus, quadraginta ſcutatorum millibus Philippo vendidiſſe, ea conditione ut Regis proximus hæres Delphinus diceretur.

Burgundia olim Regnum, anno 809 Richardo Ducatus titulo conceſſa. Richardo duo fuerunt filii, Radulphus qui ſe Burgundię Regem tulit, & poſtea Rex Francorum fuit per renunciationem à Carolo Simplici invito expreſſam; & Gilbertus Dux Burgundiæ, cujus filiam Otho Hugonis Magni Comitis Pariſiorum filius duxit uxorem; qui cum ſine liberis diſceſſiſſet, Henricus frater Ducatum ſibi vindicavit, & poſt illum Robertus Rex Franc. qui eundem Roberto filio attribuit. Rediit dein ad Ioannem Francorum Regem jure hæreditario, nam mater illius Ioanna filia erat Roberti III. Ducis Burgundiæ. Carolus deinde V. Ioannis filius, eundem Ducatum fratri ſuo Philippo aſſignavit. Philippo ſucceſſit Ioannes; Ioanni Philippus bonus; Philippo

lippo Carolus audax, quo defuncto Ludovicus XI. maximam Ducatus partem ſibi vindicavit, jure reverſionis, quo Apennagia deficientibus maſculis ad Coronam redire cautum eſt.

Campaniæ primus Comes fuit anno 999 Hugo vel Eudo Theobaldi Blæſenſis fil. è ſorore Conradi II. Imp. Idemque Comes Bryæ, Blæſenſis, Caſtrenſis & Turonenſis. Comitatus autem hic Coronæ Franciæ primum acceſſit ſub Philippo Pulchro per connubium cum Ioanna Henrici Comitis Campaniæ, qui erat filius Theobaldi, nepos Theobaldi Regis Navarræ. Philippo nati ſunt Ludovicus Hutinus, Philippus Longus, & Carolus Bellus, qui omnes ſucceſſive in Gallia regnarunt. Ludovicus autem unicam filiam reliquit, quæ patri quidem in Regnum Navarræ ſucceſſit, non autem in Comitatus Campaniæ & Bryæ, quia Coronæ dicebantur annexi: quemadmodum poſtea anno 1361 Ioannes Rex indiſſolubiliter univit.

Matisconenſis Comitatus Coronæ fuit adjunctus poſt mortem Comitum Matisconenſium. Ludovicus Bonus Imper. eundem Varino conceſſerat. Carolus V. eundem poſtea fratri ſuo Duci Biturigum aſſignavit cum conditio-

ne,ut maſculis deficientibus ad Coronam rediret. Deinde per articulos pacis Atrebatenſis Duci Burgundiæ attributus, cum condicione ut tam ad mares quam femellas deſcenderet; quod cum contra jura patrimonii regalis factum eſſet, Ludovicus XI, maſculis deficientibus Coronæ applicavit.

Raymundus Comes Tholoſanus cũ Gaufrido Bullionenſi in Aſiam profectus eſt: ei ſucceſſit frater Comes S. Ægidii; cujus tres filii, Bertrandus, Guilielmus, Alphonſus, ſucceſſive Comites Tholoſani fuerunt. Alphonſus filium habuit Raymundum; cui Raymundus V. ſucceſſit; cujus filia nupſit Alphonſo Comiti Pictonum fratri S. Ludovici; quo ſine liberis decedente, Comitatus Coronæ Francicæ fuit unitus.

Blœſenſis Comes primus fuit Geilon anno 920: qui Comitatus anno 1291 per connubium devenit ad Caſtillioneos;& in eadem familia per ſeptem Comites manſit uſque ad Guidonem ſecundum, qui illum anno 1391 vendidit Ludovico Aurelianenſi avo Ludovici XII, qui eundem Coronæ addidit.

Carnutum Comitatus diu in familia Geilonis manſit & demum anno 1286 à Ioanna Comitiſſa Alenconii Philippo Pulchro venditus fuit. Franciſcus

ciſcus I. eundem Ducatus titulo Herculi Duci Ferrariæ, Renatæ Ludovici XII. filiæ marito conceſſit.

Borbonium Ducatum Philippus Valeſius primum inſtituit in gratiam Ludovici, Roberti Claromontani filii, anno 1317; in cujus familia duravit ad Carolum Ducem qui in Romæ expugnatione anno 1527 periit. quo defuncto Franciſcus I. eundem Ducatum & alias terras multiplici jure ad Coronam retraxit. *Tilius*. Ioannes Dux Biturigum & Arverniæ, Pictonumque Comes, cum Mariam Bituricam filiam Ioanni I. Duci Borboniorum traderet, egit cum Carolo VII. Franc. R. ut mares ex illo matrimonio deſcendentes hæredes eſſent Ducatus Arverniæ; quæ conventio plurimum auxit Regnum, quia Ducatus Borboniorum, qui non erat aſſignationis, hac conventione in aſſignationis naturam tranſiit. quam conventionem Rex Ludovic. XII. revocavit.

Bituricenſis (vulgo *Berry*) primo Comitatus, ab Harpone Philippo I ſexaginta mill. coronatorum fuit venditus: à Ioanne R. Ducatus titulo inſignitus & tertio filio ſuo Ioanni aſſignatus; quo ſine maſculo hærede defuncto ad Coronam rediit. Mox & à

Carolo VI Ioanni filio attributus, & ipſo defuncto, Carolo qui VII nomine Rex Francor. fuit. Henricus II Margaritæ ſorori Emanueli Philiberto Sabaudiæ duci enuptæ; & illa defuncta; Henricus III Franciſco fratri ſuo aſſignavit.

Angoliſmenſis provincia poſt Carolum Simplicem Comites hæreditarios habere cœpit: quorum duodecimus Aymarus, cujus filiam unicam Iſabellam Hugoni Comiti Luſignani & Marchiæ deſponſatam Ioannes Rex Angl. rapuit; quo defuncto eadem Hugoni prædicto nupſit: à quibus deinceps quinque Comites deſcenderunt, quorum poſtremus Guido, qui cum liberis careret jam ſenior à Philippo Pulchro coactus fuit comitatum ſibi teſtamento donare; quod Teſtamentum quum Guido frater Comes Luſignani & Marchiæ, ut fertur, reſcidiſſet; ab eodem Rege Comitatu Marchiæ privatus fuit anno 1302. Poſt aliquot annos Ioanna Ludovici Hutini filia & Navarræ Regina, Philippo Comiti d'Eureux nupta in Apennagium accepit: qua defuncta Ioannes Franc. R. qui urbem Angoliſmam Anglis paulo ante eripuerat, veritus ne liberi hujus Ioannæ Francico nomini infeſti eſſent, ut

revera fuerunt, Comitatum illis ademit & Comiti Stabuli attribuit: Poſtilla fere in familia regia manſit: Franciſcus autem I qui Comes erat Angoliſmæ cum Regnum adiret, in ducatum erexit. Henricus II filiæ ſuæ Dianæ, quam legitimam fecit, eundem aſſignavit.

Marchiæ Comitatus, Guidoni Luſignano, ut ſupra dixi, ereptus; Carolo tertio genito Philippi Pulchri fuit aſſignatus; qui cum Regnum Franciæ adiiſſet, eundem pro Comitatu Claromontano in Bellovacis Duci Borbonio attribuit: atque ita in familia Borboniorum manſit ad Iacobum de Armignac Eleonoræ filium; qui cum Pariſiis capitali ſupplicio eſſet affectus anno 1477 Comitatus Fiſco acceſſit; verum filia illius Ioanna, Ioanni II Duci Borbonio nupta, eundem à Ludovico XII recepit.

Autiſſiodorum dudum proprios dominos habuit, & à Philippo Auguſto Comitatus titulo inſignitum; tandem ad familiam Cabilonenſem devenit: Carolus autem V Rex Franc. anno 1370. eundem emit à Philippo Cabilonenſi; & fratri ſuo Burgundiæ Duci donavit: poſtea Reges eundem ſibi vendicarunt & Coronæ univere.

Sueſſiones olim regnum; ſub Hugone Capeto Comitatus factus; poſt varios Comites ad familiam Ducum de Bar pervenit, & per connubium Ioannæ Roberti D. Barrenſis filiæ anno 1435. ad Ludovicum Luxenburgicum Comitem S. Pauli & Franciæ Comitem Stabuli; & deinceps per connubium ad Franciſcum Borbonium Comitem Vindocinum; pars aliqua à Carolo ſeptimo anno 1436. Coronæ annexa.

Veromanduorum provincia diu poſſeſſa fuit per Comites particulares; Herbertus unam tantum filiam reliquit nomine Adelam ſive Aliſam, quæ Hugoni fratri Philippi I nupſit, genuitque tres filios & totidem filias: major natu Radulfus Comes Veromanduorum ſuſtulit filium ſibi cognominem, qui ſine liberis diſceſſit, & duas filias; quarum major natu Iſabella, nupſit Philippo Alſato Comiti Flandriæ, qui cum nullos liberos ex illa ſuſtuliſſet, Comitatum hunc ſibi donari fecit à Ludovico Iuniore; donumque à Philippo Auguſto adhuc minore ſibi confirmari; verum Iſabella defuncta bellum inter dictum Philippum & Regem Philippum Auguſtum exarſit; & pace tandem facta convenit inter illos, ut

tur Comitatus Philippo Alſato defuncto ad Coronam Franciæ rediret.

Sylvanectenſis Comitatus, ſuos particulares Comites habuit & per connubium ad VVilhelmum Ducem Normanniæ pervenit; Philippus autem Auguſtus cum decreto militari & ſatis obſcuro, omnes terras quas Angli in Francia tenebant fiſco adjudicaſſet; hunc quoque Comitatum arripuit; licet poſtea plurimi titulo Comitatus hujus uſi fuerint.

Bononienſis Comitatus à Balduino I Flandriæ Comite in gratiam Adolphi filii ſui ſecundo geniti inſtitutus. Diu in illa familia permanſit, donec per connubium Mariæ filiæ Godefridi Comitis Bononienſis cum Bertrando Barone Turrenſi in familiam Turrenſium *(de la Tour)* tranſiret; in qua manſit donec per articulos conventionis Atrebatenſis Carolus VII Franc. R. eundem Philippo Burgundo ejuſque filio traderet, ea condicione ut ipſis defunctis ad proprios dominos reverteretur. Burgundus autem anno 1463. Comitatum Ludovico XI Franc. Regi vendidit, Carolo denique Burgundo, cui uſufructum ad vitam reliquerat, defuncto Rex anno 1477. oppidum vi cepit, & Coronæ univit; Turrenſibus illius

illius loco Comitatu de Lauragnes conceſſo; quod tamen factum quidam Carolo Septimo tribuunt.

Picardia pulcherrima & ampliſſima provincia plures Comitatus atque dominia complectitur, à particularibus olim poſſeſſa; quæ omnia tandem ad Coronam Franciæ, aut per connubia, aut jure belli aut aliis modis devenerunt. Quædam autem oppida à Carolo VII Franc. R. Burgundo fuerunt conceſſa: Carolo vero poſtremo duce defuncto, Ludovicus XI eadem occupavit, & Coronæ Franciæ poſtliminio reunivit.

Britannia quondam regnum; deinde Comitatus; à Carolo Simplici Rolloni Duci Normanniæ fuit conceſſus; à quo tempore Britanniæ ComitesDuci Normanniæ homagium fecerunt, uſque ad Petrum Mauclerc filium Roberti Drocenſis, qui Comitatum immediate à Rege Franciæ recognovit. Cujus filius Ioannes Ducis titulo auctus fuit, atque ita Ducatus in Petri familia manſit ab anno 1250. ad annum 1488. quo Franciſcus poſtremus Dux diſceſſit, cujus filia Anna primum Carolo octavo, dein Ludovico XII enupta Ducatum Coronæ Franciæ adjunxit, cui rogatu Ordinum Britanniæ anno

anno 1532. regnante Franciſco I fuit unitus & ut vocant incorporatus.

Monfortenſis Comitatus una cum Britannia ad Coronam Franciæ pervenit.

Comitatus in Brya, vulgo *Braye le Comté*, per Petrum Drocenſem Britannicæ familiæ acceſſit: per Blancam autem Ioannis II Ducis Britanniæ filiam ad Philippum Arteſium, è quibus Margarita nata uxor Ludovici Comitis Eboicenſis. Poſt mortem Philippi Ducis Aurelianenſis qui hæredem duxerat, Carolus VI eundem fratri ſuo Ludovico Duci Aurelianenſi conceſſit; atque ita per Ludovicum XII cum regio patrimonio confuſus fuit.

Alenconius Comitatus primo; deinde Ducatus, dudum à Normannis poſſeſſus, qui è Dania in Galliam venerant: Helia ſoror & hæres Roberti Comitis Alenconii eundem donavit Philippo Auguſto illiuſque hæredibus: S. Ludovicus filio ſuo Petro aſſignavit, qui ſine liberis diſceſſit: Philippus III ſecundo genito ſuo Carolo: Philippus Valeſius Carolo fratri ſuo cum Comitatu Valeſio & Perchenſi, à quo per quinque maſculos hæredes deſcendit ad Carolum ultimum Ducem, quo ann. 1525. ſine maſculo hærede defuncto,

ĉto, Ducatus ad Coronam rediit.

Gaſtinenſis regio, Comitatus poſtea à Fulcone Rude filio Comitis Andegavenſis, Philippo I Franc. R. donatus; ex quo tempore Coronæ Francicæ patrimonio connexus manſit.

Amboſia oppidum, Caſtellum & Caſtellania ad Ligerim diu penes Comites Andegavenſes fuit: Philippus Valeſius accepit per commutationem: alii dicunt dominum Touarſii, imaginario contractu Ludovico XI vendidiſſe odio hæredis ſui domini Tremollii: Regem autem oppidum quidem & arcem amœnitate loci captum retinuiſſe, cætera Tremollio reſtituiſſe.

Provinciæ Comitatus dudum penes particulares dominos fuit, qui deſcendebant à Regibus Italiæ aut Balearum; quorum poſtremus fuit Raymundus pater Margaritæ conjugis S. Ludovici, & Beatricis conjugis Caroli Com. Andegavenſis, quæ ad maritum Comitatum Provinciæ attulit; manſitque in illa familia ad Ioannam Reginam Neapolitanam, quæ eundem Ludovico primo Andium Duci donavit: & Renatus Andegavenſis Ludovici nepos, Ludovico XI Regi Francorum.

IV. DE

IV.

DE GALLORVM MORIBVS tam in communi quam particulari.

IVlius Scaliger. Gallos video ad omnia momenta vel eventuum vel diſciplinarum promtos, paratos, verſatiles, ut ſemel quicquam vel viſum vel auditum, illico apud illorum ingenia & deponat & amittat novitatem: in eo ipſo penitus exemplo videntur nati & educati: qui animorum vigor ingens, maturaque celeritas nulli alii nationi data eſt à natura; quoquo incubuere feliciſſime ſeſe dant; ociſſime proficiunt, gnaviter exercent mercaturam, artes, arma, literas, eruditionem, ſubtilitatem: atque nationum fide ſunt maxime integra & conſtanti.

Thuan. lib. XVII. ex Italorum Iudicio. Id fere uſu venire cernimus & in Gallis veriſſimum eſſe confirmat antiquitas, quæ illorum impetus initio pluſquam viriles, ad extremum minus quam fœmineos eſſe prodidit.

Apud Eundem lib. XXIII. Momorantius Reginam viduam admonet: meminiſſet præeſſe ſe genti, quam ſuo-

rum Regum ac principum imperii numquam, alieni ſemper tædeat.

Idem lib. LI. Gallis hoc inſitum eſt ut ſemel ſumta arma ægre deponant, & cum hoſtem extra fines non habeant in commilitones ſuos & conciVes ſæviant. Cumque Itali, Germani, Helvetii pace facta domum quiſque repetant; Galli domum, otium & omnes alias artes peroſi, aut in longinquo bellum ſectantur, aut plerumque ne armorum tractandorum deſit occaſio, ſcelerata mente viatores hoſtiliter aggrediuntur.

Ioannes Barclaius in Icone Animorum Cap. III. Gallico populo ingens amor, & patientia dominantis. Apud illos vere regnatur, nefaſque quantum Regi liceat dubitare. Gens armis ſtrenua, ſed equeſtri certamine melior; ignara perfidiæ, publico præſertim conſilio: indomitæ intra ſe molis; at ubi in exteros exundat, ſtatim impetus ſui oblita: eo modo nec diu externum imperium tenuit, & ſola eſt in exitium ſui potens. Longobardiam, Neapolim, Siciliam, & pleraſque alias per orbem terrarum provincias, frequentibus victoriis ſubegere. Sed mox hoſtes male domitos fidentius quam par erat contemnere, aut ſimulantibus obſe-

quium

quium credere, inconſulta laxaque bonitate. Tum licenter uti victoria, & præter illarum gentium indolem laſcivire: Ad extremum obliviſci armorum, aut ad patriam ſuam reſpicere, cujus diu abſentiam ferre non poſſunt. Per hæc vitia ceſſere in prædam his ipſis de quibus triumphabant; læta ſemper bellorum initia atroci exitu corrumpentes.

Nullis mortalibus indoles ad ſpeciem virilis elegantiæ magis facta. Oris intrepidi habitus, motuſque, atque geſtus, qui totum corpus decent. Et hic decor virtutem ingentium virorum adornat; exiguis autem animis pro fuco eſt, ac veluti naturali munimento, quo ſuam humilitatem abſcondant, aut mitigent. Sic venuſte compoſiti qualemcunque veſtitum de ſuæ mutationis infinita ſerie, tanquam de inexhauſta penu deprompſerint, quocunque ſalutationis artificio corpus inflectant, putes nihil magis illa inſtitutione convenire. Vicinæ autem gentes ridiculo errore deceptæ, ad illorum quoque mores, per eartndem veſtium ac motuum variam imitationem putant accedere; ignaræ, leporis & gratiæ virtute in nonnullis hominibus uno genio cuncta placere; in aliis autem, in

quibus Natura ad hos mutabiles habitus propitia non eſt, ejuſdem venuſtatis imitationem & curam, ingratam ac ludicram eſſe. Nam virtutes, & vitia, & quicunque alii motus ipſis animi receſſibus inhærent, poſſunt à nobis non multum operoſa ſimulatione effingi; quia adeo ingentibus latebris reconduntur noſtri ſenſus, ut vix ullus deprehendat, veris, an extemporaneis affectibus deducamur. Sic facile humilitatem ſimulabis, ſic odium, amorem, pietatem. At vero quæ non magis imperio animi, quam uſu, & externo corporis obſequio perficiuntur, eorum imaginem in te transferre, reluctante natura, non poteris; ut eſt aptitudo corporis prompto habilique decore idonea, ut hilaris jocandi facilitas, & omnino eloquentia non in præcordiis, ſed ſummo ore nata. Hæc autem cum in Gallica conſuetudine emineant, ægerrime te ad illius ſimilitudinem transferes, niſi ſe tuus genius huic indoli ſponte admoverit.

Cæterum nunquam Orbis dignas gratias hoſpitali Galliæ habebit, quæ humanitatis templum videtur aperire, quo ſe omnium externorum fortuna conjiciat. Animum in hominibus, non patriam æſtimat. Neque communi

muni cæterarum regionum errore; in inquilinis, ac advenis, naſcendi ſortem punit. Ita candido ſimplicique amore virtutis; eximios viros undequaque prodierint ſine invidia miratur, & ſua opulentia gaudet augeri; & in tantæ humanitatis præmium habet publicam primum laudem; tum etiam tot hoſpitum fortunam, ac famam, qui Gallico corpori, non indigna aut inutili adoptione inſerti ſunt. Neque illic hoſpitibus dediſcendi ſunt patriæ ſuæ mores, aut ad Gallicam ſimilitudinem flectendi; dum ſuperbia abſit, aut inculta barbaries. Quippe ipſa veluti profeſſione exteri moris, ſollicitabis curioſæ gentis ſtudia, ſimplicius peregrina quam ſua æſtimantis; etiam quædam vitæ aut corporis vitia, ſi modo aliunde advehantur, trahentis in laudem. Nam & peregrini hominis eloquentiam vidimus crebro linguæ errore favorem meruiſſe, & grandis opinionem ſcientiæ, quod non intelligeretur.

Plebis in amplioris fortunæ homines vera, nec ex metu, aut ſola inſtitutione, reverentia: Rurſus primi Optimatum eodem genio culti ab illis, qui gratia aut genere perinde non excellunt. Sed ſuperbiam, faſtumque non

ferunt: Si videris dominari, ſervire erubeſcunt. Comitas, quæ frontis artificio, luminumque clementer vibrantium, vel per ſermonum familiaritatem blanditur, fidelius purpuratorum latus clientibus cinget, quam potentiæ magnitudo. Opes omnes, & ipſe vilior honoribus ſanguis. Præcipue Patriciorum ſpiritus in ſuum aut patriæ damnum ſæpiſſime excreſcunt, dum nemini eorum mercaturæ aut artificiorum utiliſſimam diſciplinam capeſſere ipſa inopiæ experientia perſuadet. Æmulari præpoſtero ambitu magnitudinem placet avorum, & fœdari gentilitium ſanguinem putant, ſi ad populum vivendi conſuetudine acceſſerint. Ita vanum nobilitatis nomen, & magnifici ocii improba ſpecies, ad patientiam triſtium curarum ſufficit, & in ſola exeuntium morte. Et hæc animorum celſitudo, quamvis ſibi placeat, adeoque ab omnis generis ſordibus videatur abire, tamen interdum pene neceſſariis facinoribus corrumpitur, in miſerorum penatum anguſtiis turbulentam induſtriam exercens, ut vel publica violentia, vel arcanis ſceleribus inopiæ ſqualorem repellat.

Mercatura illic vilior quam tantæ utilitatis rem eſſe deceret, & quæ prima huma-

humanitatem per Orbem circumduxit. Solon quidem qui Athenis leges condidit, & plerique Græcorum, uſque ad nos fama durantium, illo commercio ſuas res tulerunt ad exteros, viciſſimque fecerunt ut exotica ſui cives viderent. Nec abhorret ab hoc more Italia, in illuſtribus familiis opes eadem induſtria late componens. Britannia quoque ſanguinis claritatem illo vitæ genere fœdari non putat. At in Galliis hanc mutuæ utilitatis rationem non modo ſtirpes antiquæ aſpernantur, ſed & quaſi mercatores ſui puderet, ubi illis largius fortuna indulſit, ſtatim in aliam diſciplinam filios ſuos agunt, jubentque majorem paterno faſtigio ſcenam ſperare.

Et quidem magnitudinem Gallicorum animorum nullibi efficacius videas, quam in ambitu magiſtratuum, à quibus pervicax licitatio jamdiu egentium virtutes excluſit. Exhaurire familias, nomina facere, rem fidemque conſumere, decorum, dum inter æquales emineas vel ſterili dignitate, vel pretio furtivorum munerum patrimonii ruinam reparante. Nec dubium quin illa libido titulorum, niſi ipſa ſe frangat, curias, tribunalia, præfecturas, tandem ſit viliori ſanguine, angu-

ſtiſque animis, maculatura. Quippe è ſordidiſſimis artibus multi compendioſius ad divitias properant, quam antiqua nobilitate ſpectabiles, paterniſque opibus utentes ex majorum dignitate. Hoc modo, dum ad emendæ Curiæ, aut Præfecturæ, ambitum, nummorum pugna initur, ſæpiſſime ii vincunt qui ut ſanguine ſic & indole & ingenio cedunt. Accidit, quod vetuſtarum ſtirpium viri non tam pervicaci ſtudio ſuas opes dignitatibus illis donant, quam homines adhuc novi, qui è latebris quas auro condiderunt eruere filios properant, & eam nobilitatis gloriam ſuæ genti emere, quam abſque ullo ſumptu in hæreditatis partem Patricii habent. Sic paulatim hi honores ſordidiorum eſſe poſſunt, (ſi pecuniæ tantum conceditur) & forſan aliquando in ignobilitatis ſuſpicionem, eorum nominibus cenſeri. Neque ideo fiſci induſtria maligna criminatione carpenda eſt, qui de ejuſmodi Candidatorum bonis excreſcit. Nam cui non ſatius videatur profeſſo precio dignitates à Principe molem publicam ſubeunte proponi, quam avaris Purpuratorum ſuffragiis in prædam concedere? qui ubi hæc publica licitatio nō eſt, obtrudunt Regibus Candidatos,

quos

quos ſibi munera chariſſimos fecerint; & quod à domino impetrant, deinde clientibus vendunt. Vt nec meliori ſortitu delectos Reſpublica accipiat, nec interſit eorum qui ad tribunalia ſubvehi ambiunt, utrum cupiditatem dignitatis ſub Principe an ſub Optimatibus luant; utrimque pari ſydere in patrimonii ruinam percurrente. Hæc igitur tolerabili inſtituta conſilio, jam ipſo furore licitantium in præceps abiere, qui & mediocris cenſus virtutem excludunt, & tota opum mole eos honores redimunt, quibus ipſi tam immodicum precium fecere.

Vt vero quo generoſius vina adolitura ſunt, eo adhuc recentia turbulentius deſpumant; ita iſtius gentis, ad humanitatem, & cum ſenuerit prudentiam factæ, adoleſcentia ac juventus, inſano incautoque impetu ut plurimum fervet. Vana in ejuſmodi ætate libertas, nunc jocandi, nunc ignotos pariter notoſque laceſſendi, & ubique titulos nimiæ ſecuritatis affectans: Leves animi, & rumoribus rapti, jam impatientes ocii, moxque tumultus. Oſtentatio libidinis ſupra naturæ deſiderium inepta; tum inconſulti riſus, neminique parcentes; vis etiam intra ſe irrequieta, per varium ac multipli-

cem tumultum erumpens. Quidam tamen in omnium exordiis rerum induunt non veram, & ideo majori ſpecie ſubornatam prudentiam: Veluti matura ſapientia compoſiti, verba tarde euntia deducunt, lento vultu, & aſtum cum humanitate fingenti. Ex re quoque factum nomen, ut appellent frigiditatem. Sed & virtutis ſimulatio tunc eſt ingrata; nec diu tam ſcenica perſona impatientem omnis veli levitatem abſcondit. Media autem indoles, quæ nec Galliis certe deeſt, lætitia capacis animi exuberans, eique non efficta prudentia frenum imponens, ea demum omni precio major; & ad ſapientiæ ſimulque hilaritatis imaginem exacta eſt.

Illud autem in Gallicis moribus, ac veluti fatis triſte, quod benevolentiam quam in ſua regione hoſpitibus indulgent, extra patriam vix in ſuos cives expromunt. Quis credat in exteris terris tam humano populo non ſatis convenire? Aves quoque in caveam deductæ roſtra & iracundiam vix ſtringunt; & ſocietas fati peregrinationem ferarum conciliat extra ſylvas quærentium prædam. Soli Galli quacunque in peregrino ſolo conſederint, præſertim ſi miſeri, & ad opem alienam converſi,

ſævissi-

ſæviſſima æmulatione decertant. Tum occulta ludibria, livorque deformis, tum profeſſa odia, & rixarum etiam ad peregrina tribunalia concives vocantium deriſa improbitas. Sic inter ſe certantes neſcio qua infamia apud imperitos inundant ſuam gentem, quaſi in invidiam nata ſit, exorſque quietis, ac amoris, quo unius patriæ cives arcana vi Natura conjunxit.

Et hæc Gallorum extra patriam ſuam labes. Adhuc autem fædius in Galliarum viſceribus peccant, qui paſſim tanquam gladiatores ad arenam damnati, ſubitis odiis, armiſque privatis, ad ultima diſcrimina committuntur. Rem immanem, & ad iſtius ſeculi probrum! leve jurgium, ſolaque altercantium ambitione increſcens, aut revera innocens jocus, plerumque autem turbulenti ingenii præcipitatio ad famam, ſæpe ad triſtiſſimas cædes, & familiarum orbitatem, lymphatam juventutem propellit. Hinc toties miſerorum parentum intercepta conſilia, ſpeſque occiſæ; & propemodum fruſtra pax in Galliis, quæ vix minus patricii ſanguinis quam ſi bello certatum publice eſſet in hac arena hauſit. Quæ hæc autem dementia? ritu ferarum, non ratione, ſed impetu inju-

rias

rias ulciſci , rerumque ſuarum judicium permittere pene ſcenicæ arti, fortunæque ſæpe fallenti ipſam artem; ut quicunque felicius , ille & juſtius arma ſuſtulerit? Feræ gentes & ab ipſa venientes barbaria, Orbem ſupra aliquot ſecula ſuis moribus polluerunt. His authoribus quondam factum, ut in dubiis judiciis, cum utrimque argumenta eſſent obſcura, armis litigantium crederetur. In circum arenamve dimiſſi pugnabant; victus pro nocente habebatur. & inde veſaniæ origo hanc ætatem infeſtans. quæ jam auctis finibus , cum olim in Magiſtratuum arbitrio eſſet, hodie ad privatorum libidinem deſævit. Iſti tamen gladiatoriæ arti prætextus eſt, neſcias magnificentia an utilitate acceptior, peritia pugnandi. Nam cum arte gladio ferire, vel deflectere deſtinatos ſibi ictus, quis neget ad rem militarem pertinere? Hoc Græci , Romanique, & omnis gens armis ſtrenua cum ambitu quæſivit. Nunc vero non tanquam in anguſtia ſeſe prementium cuneorum (ut in juſtis prœliis ſolet) ſed veluti in apertæ arenæ libertate , per curſus recurſuſque, per omnem corporis habitum , per longam & diſparem oculorum manuumque

que fallaciam, quis non potius privatorum odiorum crudelitatem erudire, quam publicæ pietati ſuam fortitudinem parare videatur? Et vero nihil jam ad amentiam aut impietatem reſiduum in propinquos amicoſque ſævientibus. Sive ſanguinis, ſive familiaritatis jure conjuncti, non atrocibus injuriis, ſed inani ſuperſtitione verborum, & propemodum gratis, diſſociati, alterno cruore imbuuntur: quodque ultimum furoris gradum putes, ne inter ſe quidem læſi, ſæpe aliorum inimicitiis tantum nefas tribuere amant, & in gratiam nihil ad ſe pertinentium odiorum ſeipſos & amicorum chariſſimos immolant. quippe à pugnaturis qui perire ſoli nolunt, veluti ad theatrum aut cœnam, ita ad hunc feralem ludum invitati, ultro ſubeunt; & quicquid hominibus aut dulce aut charum eſt violare non dubitant; ineptiſſimo deſiderio famæ; ut jactentur magno vitæ contemptu in arenam proceſſiſſe, id eſt, truculentiſſimum facinus auſi eſſe barbara ignoratione virtutis.

Sed hæc mala, & ſi quæ præterea maculæ ſe Gallicæ indoli interſerunt, omnino donari eorum virtutibus debent,

bent, quos vel ætatis, vel ſapientiæ pondus ita compoſuit, ne æſtu patriorum vitiorum diripi poſſint. In iis egregia comitas; non fucata, aut inſidioſe in hos ipſos quibus blanditur collocata. Non fraudibus, non ſecretis odiis vacant: Dignari ſingulos qui acceſſum aut notitiam petunt, & pro ſua ſorte unumquemque mulcere. Externo homini ad illorum conſortium admiſſo ſatis erit aperto ſcelere, aut nimia ineptia, non peccare: ut quidem alibi in alienos mores, ne tibi noceant, intentus ſis; cum maturis autem & caſtigatis Gallorum animis, teipſum reſpicias. Nec aliquid in humana ſocietate felicius, quam conſuetudinis tam politæ erecta viriliſque ſuavitas.

Atque hæc de moribus Gallorum in commune dicta ſunt, nunc & particularia quædam ex D. T. V. Y. proſequamur.

Pariſienſes ingenio ſunt humano, ſed admodum mobili; lucri avidiſſimi, cujus cauſa nihil non aggrediuntur. Olim quidem ſtupidi audiebant, verum nunc ita aſtuti ſunt ut aliis illudant, quod an ingenii mutatione an vero crebris parentum monitis, ob impoſtorum qui in illa urbe nidulantur frequentiam, accidat, difficile dictu fuerit.

fuerit. Fœminæ ſplendoris in veſtibus, ad maritorum uſque perditionem, avidæ;& virorum ut plurimum potentes. Vtrique tam mares quam fœminæ novitatum ſupra modum avidi. Atque hæc de oppidanis. ruricolæ autem ſupra modum feroces & injuriarum impatientiſſimi, ob viciniam Parlamenti, cujus opem ſibi paratam putant : iidem & peregrinos & iter agentes argento emungere operæ pretium exiſtimant, quare nuſquam annona carior eſt quam in agro Pariſienſi.

Carnutes humani ſunt, inter ſe amantes &peregrinis propitii;religionis antiquæ tenaces; munifici in pauperes; & mercaturæ ſtudioſi. Belſii à Carnutum moribus non multùm abludunt, laboris tolerantes &agriculturę dediti.

Blœſenſes à cœli clementia,ingeniorum uti videtur amœnitatem, humanitatem, & elegantiam trahunt, domi concordes & peregrinis hoſpitales ;denique morum elegantia nullis Galliæ indigenis cedunt. Vindocini proxime ingenio & moribus ad illos accedunt. Aurelianenſes comtis ſunt moribus, & idiomate utuntur eleganti, verum ſunt ingenio petulanti & mordaci, quod ipſis nomen *de Gueſpins* meruit. Senonenſes facili ſunt ingenio nec ita

aſtuto ut reliqui Galli, ſuperſtitionum retinentes. Antiſſiodorenſes ingenio quidem minime ſunt malo, ſed facile irritabili & ad ſeditiones proclivi; & rei faciendæ avido.

Campani & Bryenſes ingenio dicuntur eſſe pertinaci, quare vulgo Capitones appellantur; ſed qui hoc vitium diſciplina exuerunt humani ſunt, & facile omnes patiuntur, omnibuſque gratum faciunt.

Picardi non deteriori ingenio & moribus ſunt quam reliqui Galli, ſed ſupra modum prompti ſunt, qua cauſa factum ut iracundiores habeantur; genio amant indulgere, & ebrietate delectantur: ingenio ſunt minime fucato, ita ut ipſis fidere liceat.

Turones non magis morum elegantia, quam fide in principes ſuos laudantur; cujus tempore Caroli VII. & nuper Henrici IV. luculentum vidimus experimentum. Cenomani laborum ſunt tolerantes, induſtrii, nec facile capiuntur dolis, attenti ad rem; cæterum inter eos nobiles naſcuntur tam præſtanti virtute quam uſquam in Gallia.

Andegavenſes & Pictones, eleganti ſunt ingenio; ſed maxime Pictones; nam jocos ſerunt cum quadam dexteritate: ruricolæ autem ſunt aſtuti

& ſi

& ſi verum dicendum eſt, ſceleſti.

Normanni cauti & doloſi; nullas externas leges ferunt, ſuarum ad pertinaciam uſque retinentes: litium avidi, & omnium ambagum ſcioli; quare à peregrinis vitantur: cæterum ingenio urbano, & ad omnes artes & ſcientias idoneo.

Britones (licet Auſonius dixerit *Nemo bonus Brito eſt*) pro varietate locorum plus minuſve ſunt urbani; Nam qui maritima loca incolunt, paulo ſunt rudiores: cæterum omnes aſtuto ſunt ingenio, etiam cum non videntur eſſe. Attenti ſunt ad rem & vini avidi, quem in finem popinas & cauponas frequentare ſolent: Natura autem videntur comparati ad odium Normannorum, uti illi ipſorum.

Petricorii corpore ſunt agili, ingenio ſobrio; paucis contenti; neque inurbani ut à quibuſdam judicantur, ſed ad omnes artes juxta atque literas promti. Nobilitas imprimis omnium virtutum & humanitatis exemplar, oppidanos ad ſui æmulationum provocat: fœminarum genus caſtum, & familiaribus negotiis attentum, nequaquam vagum aut otioſum, idque magis ſua ſponte quam maritorum diſciplina.

Limoges ut plurimum ſobrii, & vini abſtinentes, præterquam in oppidis. Attenti ſunt ad rem. Cæterum valde unanimes inter ſe, ita ut ſæpe videas ſupra centum unius cognationis in unis ædibus degere, tanquam in Cœnobio: laboris ut plurimum ſunt tolerantes: ſed unum & magnum illis eſt vitium quod litium ſint appetentes; & quod falſos teſtes mercari non vereantur: ſed hoc Tullenſibus potiſſimum imputatur. Nobiles ut plurimum inimicitiis inter ſe certant, cætera magnifici & generoſi; quod poſtremũ etiam oppidani imitantur.

Arverni ſupra modum callidi ſunt, laborioſi, lucri cupidiſſimi, ideoque mercaturæ dediti; ut plurimum doloſi, rixoſi & violenti, & cum quibus nolis tibi negotium eſſe. Nobilitas tamen humana, atque magnanimis. Borbonii qua Arvernos attingunt iiſdem pene moribus cluunt; qui longius abſunt ſunt humaniores.

Burgundiones, ingenio ſunt aperto & facili minimeque maligno; ſeſe invicem inter amant, nec peregrinos dedignantur; affabiles atque honoris appetentes: Fœminæ munditiarum & ornatus cupidæ, caſtæ tamen & maritorum amantes. Vulgus vino nonnihil

largius

largius indulget & pene ad Germanorum modum.

Lugdunenſes moribus ſunt gratioſis, & licet ſimpliciores videantur, ſatis cati. Nullibi plures peregrini præſertim Itali Gallis permixti degunt quam in urbe Lugdunenſi; unde indigenæ plurimum mores quoque peregrinos imitantur, præſertim ſplendorem Italorum.

Forenſes ſupra modum cati ſunt, & ſubdoli.

Delphinates, qui in oppidis degunt, ingenioſi ſunt, affabiles, curioſi rerum indagatores; ſimulare & diſſimulare ſueti; glorioſi & oſtentatores. Qui extra oppida degunt fere duplicis ſunt generis, nam qui montana incolunt, rudes ſunt armis & laboribus non idonei, ad literas neutiquam habiles, conſuetudo illis eſt ſub exitum autumni pleroſque qui laboribus apti ſunt dimittere in varias partes, (*Bics* aut *Biſoüards vocant*) ut labore rem faciant, & ſub Paſcha revertantur; atque ita ſedulitate ſua nonnumquam divitias acquirunt. Qui inter eos degunt è nobilitate, poſtquam Gratiano-Politanorum conſuetudine uti cœperunt, reliquæ nobilitati jam nihil concedunt, quæ patentibus & planis campis de-

gens inter nobilitatem Galliæ urbanitate morum præcellit. Ruricolæ porro qui planicies incolunt, urbanioribus quidem ſunt moribus, ſed pigri & fugientes laborum. Nobilitati plurimum deferunt: apti militiæ magis quam agriculturæ. Virginum denique & fœminarum Delphinatium ſummũ decus eſt, quod quum ingenioſiſſimæ & maxime affabiles ſint, paucę aut nullæ inter illas reperiantur impudicæ.

Provinciales ſupra modum ſobrii ſunt domi, fortes, verum inconſtanti ingenio, avari, verſipelles, & infidi. Loquaces ſunt & meri oſtentatores; arrogantes quoque & feroces, ſuperiorumque minus obſervantes. Fœminæ pompoſæ ad Italicum pene modum. Ruricolæ quoque ſatis cati, ut ad res gerendas nati videantur. Maritimi commerciis ſunt deditiſſimi. In communi autem rhythmis & cantilenis deditiſſimi ſunt, & religionis ſuæ retinentes.

Linguæ-occitanorum præcipuiTholoſani, ad litteras nati videntur, ingenioque eleganti, ſed moveri faciles & ſeditioſi; peregrinis parum humani: Catholicæ Romanæ religioni addictiſſimi, cæterum moribus minus caſtigatis. Carcaſſonenſes, Montis-Peſſulani

lani, & Nemauſenſes ut plurimum ſunt vani, oſtentatores, & in ſeipſis extollendis nimii; *ſecreti prodigi*, & nimium aperti. *Viri* juxta ac fœminæ comti & in veſtitu atque ornatu ad vanitatem nimis ſumtuoſi.

Vivarenſes qui planiciem incolunt, quæ anguſtis ſatis limitibus continetur, ſeduli ſunt agricolæ & vinitores, ita ut ne fœminæ quidem à laboribus vacent: nec deeſt vulgo induſtria, qua tam dextre utuntur, ut vix ullis Galliæ indigenis concedant. Nobiles imprimis ita comes ſunt, & peregrinis quoque præſertim iis qui virtute ſua merentur ita addicti, ut nuſquam major honor virtutibus habeatur. Sed unum & maximum vitium in iis qui montana incolunt inolevit, ut nuſquam majora latrocinia, nuſquam frequentiora duella audiantur.

Velauni & Gabali à moribus monticolarum Vivareſii neutiquam diſcrepant. Velauni quoque violentia & legum deſpectu Vivarenſes ſuperant. Cæterum ſatis induſtrii, & gnavi ad rem faciendam.

Fuxenſes laborum ſunt tolerantes juxta atque inediæ; ad quæ agrorum infœcunditate indurantur. Verũ multi laborum pertæſi, turmatim ſeſe la-

trociniis dedunt, iis tamen qui ſponte ſeſe ſpoliari patiuntur minus metuendi, nam non raro tales ultra per avia in tutum deducunt.

Convenæ magis armis quam litteris dediti ſint, licet ingenio non minus valeant quam cæteri Galli; nec veſtium apparatum aut pompam amant, mediocritate contenti, vulgoque omnia fugiunt quæ viros effœminant: fœminæ hic caſtæ, ſobriæ, & domeſticis negotiis ſedulo vacant, deſidiam vitant, & conjuges ſuos unice amant; iiſque obſequuntur.

Bigerrones ad arma nati videntur, ferox hominum genus & inurbanum, præterquam in convallibus: vulgus injuriarum impatientiſſimum ob leviſſimas cauſas in cædes & mutua exitia ruit. Nobilitas tamen comis & manu promta.

Vaſcones ſummo ſunt ingenio, & qui quocunque ſe applicant, facile eminent; ſed arrogantia intolerabili: quam licet interdum tegere cogantur, ubi ſe ſuperatos vident, ægre tamen diſſimulant. Decora ſua & ipſi prædicant & lubenter ab aliis prædicari audiunt. Magnifice ſe extollunt, ubi ſe ignorari ſentiunt. Avari ſunt, & bonis juxta ac malis artibus rem ſtudent augere.

Invidi quoque ſunt, contemtores aliorum, atque adeo ingrati, cum obnoxii eſſe deſierunt: & contra erga eos quibus opus habent ſupra modum dejecti. Nobilitas ſatis humana, & imprimis hoſpitalis inter ſe & erga peregrinos, ſed feroci illorum irritabilique ingenio fit, ut convivia illorũ plerumque in rixas & mutuas cædes deſinant.

Benearnenſes eleganti ſunt ingenio, humani & ſuo idiomate ſatis diſerti, fortes & libertatis amantiſſimi; cæterum arrogantiores & aliorum contemtores. Nobilitas comis, bellicoſa: quæque non tam veſtium ſplendorem, quam veram virtutis laudem aucupetur; & non raro aſſequatur.

V.

GALLIÆ REGIMEN POLITICUM & Civile.

1. *De Regimine in genere.*

Bernard de Girard Seigneur de Haillan. lib. III.

Respublica Galliæ licet Monarchia ſit, tamen propter inſtitutionem infinitarũ perpulchrarum rerum Politicarum,

quæ illam florentem faciunt, ex tripliċi reipublicæ forma videtur compoſita; nimirum Monarchia, quæ eſt unius; & Ariſtocratia, quæ eſt regimen virorum gravium & prudentum, qui ad gubernationem electi & admiſſi ſunt; & Democratia ſive regimine populari.

Primo itaque habet Regem, id eſt, Monarcham abſolutum, quem ſui non minus amant quam metuunt: & licet omnem habeat poteſtatem & authoritatem imperandi, & faciendi quod lubet, nihilominus ingens & abſoluta illa libertas, limitata & conſtricta eſt bonis legibus & conſtitutionibus; & multitudine ac diverſitate Officialium, qui illi aſſiſtunt & in diverſis regni provinciis conſtituuntur: quo fit ut ipſi liceant, non quidem omnia, ſed ſolum quæ ſunt juſta & rationi conſentanea, atque adeo conſtitutionibus præſcripta, cum conſilio Senatorum. Ita ut (quemadmodum loquitur Claudius Seſellius in ſua Franciæ Monarchia, è qua hæc mutuati ſumus) vix poſſent Reges quicquam violenter aut in præjudicium ſuorum ſubditorum, perpetrare: quia circa ſe habent plurimos Principes & viros Illuſtres, qui veluti frenum injiciunt, & detruncant quicquid ſuperfluum eſſe poſſet in ipſo-

rum

rum voluntate, aut noxium Reipublicæ. Duodecim Franciæ Pares, Conſilium ſecretum, privatum, magnum: Parlamenta, camera Rationalium, Generalitates ſunt Ariſtocraticæ. Ordines qui quotannis in ſingulis Provinciis conveniunt, Majoratus oppidorum, Scabinatus, Conſulatus, Iurati, Capitulati &c. Sunt Democratica. Quumque honores & munia ita diviſa & partita ſint in Francia inter omnes ordines hominum certa proportione ſecundum illorum qualitates, & ſinguli in ſua præeminentia & qualitate cuſtodiantur; ſequitur harmonia quædam, quæ Rempublicam hanc perennem & florentem fecit, adeo longo tempore inter cętera regna orbis Chriſtiani. Dicimus autem Rempublicam hanc ita videri diviſam, non autem ita diviſam eſſe. Nam poteſtas Regis ita abſoluta eſt, qualis vix alibi ulla reperitur; ſed Regum bonitate, & zelo juſtitiæ factum eſt, ut ultro ſibi hoc veluti frenum impoſuerint.

Claudius Seſellius. Illud imprimis magni eſt momenti Regiam poteſtatem, ac reliquos omnes Regni ordines, adeo commodis & æquis rationibus inter ſe devinctos eſſe, ac velut coagmentatos, vix ut ullum poſſit inter ipſos magnum

diſſidium oriri. In Galliis, in promtu ſunt remedia quibus & Regem immoderate dominantem, & ejus qui per ætatem regere non poteſt, nutritios & procuratores, coerceamus, ita quidem ut Regi conſtet ſua dignitas, & non quodlibet, ſed quod juri ac æquitati conſentaneum eſt, ei liceat. Optimis enim legibus ſanctiſſimiſque decretis huic rei proſpectum eſt, quæ non niſi magno negotio violari poſſunt, tametſi vis nonnunquam intentatur. Sunt autem tria tanquam frena, quibus Galliæ Regum ſumma poteſtas temperatur. Religio, Iuriſdictio & Politia. Ad primum quantum pertinet, Galli præ cæteris valde fuerunt dediti religionibus, etiam tunc cum Dei nullam haberent notitiam: Noſtrorum quoque Regum ſemper maxime fuit inſignis ac memorabilis diligentia & aſſiduitas & ardor, in profligandis hæreticis & defendenda Eccleſia, quibus de cauſis nomen *Chriſtianiſſimi* huic regno attribuitur. Qui ergo acceptus eſſe populo, ſuumque ſtudium illi vult approbare, hunc oportet religionis diligentiſſimum eſſe cuſtodem. Niſi enim hoc interveniat populi de ipſo judicium, minus amant & invitiſſimi dicto ſunt audientes, & ſiqua calamitas re-

gnum

gnum affligat, totum hoc tribuunt Regis impietati, ut non ſemel eſt compertum, tametſi nonnunquam in aliis potius quam in Regibus culpa reſidere ſolet. Cum autem ad præcepta religionis vitam accommodat, nihil agit ſuperbe, nihil avare, nihil injuſte: ſin minus, jam cuivis Epiſcopo vel Eccleſiaſtici ordinis homini, qui ſit inculpatæ vitæ & acceptus multitudini, reprehendere illum & palam admonere officii ſui conceſſum eſt abſque ullius metu periculi: quandoquidem Regi verendum eſt, ne ſi quid gravius in illum ſtatuat, populi voluntatem alienet. Ejuſmodi libertas nullo eſt in alio regno, quod ſciam, aut certe non æque magna. Alterum frenum eſt Iuriſdictio, quæ in Galliis maxime viget: ideoque inſtituti ſunt Senatus atque Iudicia quæ noſtra lingua vocantur *Parlamenta*, ut ne plus quam jure conceſſum eſt, illis liceat. Eorum enim judicum is eſt numerus, eaque poteſtas, ut decretis ipſorum Rex quoque pareat & in controverſiis aliquando cauſa cadat, neque ſuis adverſariis, quibuſcum litigat, præjudicare poſſit. Ab his etiam expenduntur litteræ Regis ac interceſſiones, & ſi quid eſt in iis vitioſum aut ſuſpectum repudiatur. Quan-

tum

tum ad crimina & maleficia pertinet, etiamſi Rex alicui ignoſcat & pœnam remittat, tanta eſt tamen illorum in hiſce rebus ſeveritas, ut ſpe impetrandæ gratiæ, nemo fere audeat aliquid gravius deſignare. Quamvis enim victi aliquando Regis authoritate, nimioque favore, diſſimulare & actionem intermittere cogantur: tamen ubi favor ille paulatim deſiit, eum qui deliquerit, gravius multo puniunt, quam ſi interceſſionem nullam obtinuiſſet. Accedit quod perpetua eſt ipſorum functio, & niſi propter atrox aliquod facinus, non removentur loco; quod cum objicitur, ad reliquum Senatum ejus rei quæſtio defertur. Quod ſi forte non ſervata juris formula de gradu quis dejicitur mandato Regis, tum qui vel detulit, vel qui locum alterius vacantem occupavit, non eſt quod ſolidum ſibi gaudium illud polliceatur. nam ut ſui facti rationem accuratiſſimam aliquando reddat oportet. Quo fit, ut propter hanc muneris perpetuationem, quando ſciunt, nihil ſibi poſſe præter ſua ipſorum maleficia, fraudi ac detrimento eſſe, majori tum fide, tum diligentia jus reddant.

Tertium frenum eſt Politia. Hę ſunt leges atque decreta, quæ Galliæ Reges,

alii poſt alios, fecerunt ac confirmarunt ſingulis temporibus, neque temere illis derogant: ac ſi faciant, populum non ſunt habituri obſequentem, imprimis quantum pertinet ad ipſorum, hoc eſt, Regni Galliæ patrimonium: quod ipſis alienare non licet, niſi magna cogantur neceſſitate, quæ multa Senatus deliberatione adeo curioſe examinatur & diſquiritur, ut propter incertitudinem venditionis, pauci earum rerum aliquid ſibi emendum & ſubeundum periculum eſſe putant.

2. *De attributis amplitudine, præſtantiaque Regum Galliæ.*

Ioannes Tilius. Non poteſt ulli Principi aut Reipublicæ nomen attribui honoratius quam CHRISTIANISSIMI: quod Regibus & regno Galliæ merito conceſſum eſt. Etſi autem à principio in probatioribus ſcriptis (quæ quidem viderim) non exſtat attributum iſtud, habet tamen vetuſtatem magnam. Carolus Calvus Rex & Imperator, quando Lotario ſecundo mortuo Rex Lotaringiæ factus eſt Meti die nono Septembris, anno IↃ CCC LXIX, CHRISTIANISSIMVS appellatur: cujus conſecrationis habetur formula in per-

in pervetuſto libro Bellovacenſis Capituli & in Aimoini hiſtoria. Innocentius & Honoratus tertius Philippum Auguſtum & Ludovvicum octavum S. Ludovvici patrem Reges appellant Chriſtianiſſimos: & legati quoque Romanæ Sedis cum tribus Epiſcopis quorum adjecta ſunt nomina, ſuis litteris Auguſtum Regem appellant regnum Galliæ Chriſtianiſſimum. Alterum Regum & regni Gallici attributum eſt, quod illi Imperatores, hoc Imperium (ſi placet) appellatur, æque ac Romanum & Græcum ante caſum ſuum dicebatur. Infinita ſunt quibus ſecundum hoc attributum confirmatur; ſed non præſtat appellationi Regis, quæ certe ſuaviorem ſonum obtinet. Omnibus autem notum eſt, Reges Galliæ temporalem dignitatem ſuam ſoli Deo acceptam ferre, neminem alium ſuperiorem agnoſcere. Ex eo ſequitur hoc quoque, Reges & regnum Galliæ quod ad res temporales attinet, non teneri jure ſcripto, ſed tantum accipere quantum ratione, bonoque & æquo nititur, cui tanquam naturali & divinæ luci omnes homines juſtum eſt conformari. Propterea ubi Academiæ & profeſſiones juris in Gallia inſtitutæ ſunt, & ornatæ privilegiis, nomina-

tim

tim proteſtati ſunt Reges ſe jura illa non auctoritatis loco, ſed rationis tantum accipere. Inter archiva privilegiorum à Philippo Pulcro Rege conceſſorum in Aurelienſibus ſcriptis menſe Iulio milleſimi trecenteſimi duodecimi, Rex Philippus narrat regnum ſuum conſuetudine non jure ſcripto, gubernari, præterquam Provincias quaſdam, ubi proſpicientibus Regibus anteceſſoribus populares plurimum utuntur jure ſcripto: non quod obſtricti ſint, ſed quia illud ſibi continuandum aſſumpſerunt. Præterea Reges pro ſummo imperio ſuo ſuperiores ſunt legibus & conſuetudinibus regni, de quibus poſſunt ſtatuere, mutare eas, atque abrogare, tanquam miniſtri Dei & vicarii, rationem reddituri ei & pœnas ab eo luituri propter commiſſam ipſis adminiſtrationem populi, ſi ea abuſi fuerint. Reges, cum placet, conſuetudines abolent in contractibus ipſorum, non autem in ſubditorum conventionibus ut jura ipſorum adimant: nam conſuetudines ſubditorum conſenſu ſtatuuntur, non auctoritate Regum. Reges quoque Galliæ, ut qui nemini pareant, de ſuis ipſorum cauſis judicant. Maria Valeſia Duciſſa Calabriæ cum de rebus, quarum nomine cum Philippo

Valeſio

quæ ſi diviſa eſſet, conſpicua eſſet figura ejuſmodi. Coronæ inſunt flores, prærogativas & jura ad Regem ſolum pertinentia deſignantes, ut Baldus Iuriſconſultus ait. Amplitudo Regum Gallię in toto Chriſtiano orbe diu confirmata eſt, cum præter Reges alios, Antiſtites omnes, Principes, Equites, & quicunque exteri beneficia ab eis, pactis, conventionibus, aut rationibus aliis acceperunt, fidem Regibus de eis præſtiterunt, ne in tributum aut aliud onus cogerentur: quæ fidei præſtatio in totum beneficii tempus protendebatur. Exſtant in chartophylaciis infinita eorum exempla: Archiepiſcoporum Colonienſis, Moguntini, & Trevirenſis; Leodienſis & Metenſis Epiſcoporum: Iuliacenſis & Geldrenſis Ducum: Marchionis Montisferrati: Comitis Vallemontenſis, Genevenſis, VVirtenbergenſis, Naſſovii, Magdeburgenſis, Namurcenſis, Clivenſis, &c. aliorum quibus nulla injuria facta eſt, cum voluntariæ ad tempus obligationes, non autem ex naturali officio eſſent. His ſolis Regibus competit, ut cera alba obſignent diplomata, Principes vero reliqui obſignant aliis coloribus: ut nominatim oſtendunt privilegia duo Renato Siciliæ Regi poſteriſ-

que ejus recta linea deſcenſuris à Ludovvico XI. Rege XXIII Ianuarii MCCCCLXVIII & menſe Maio MCCCCLXIX attributa, ut alba cera liceret ipſis obſignare in regnis Hieroſolymorum Siciliæ, & ditionibus aliis tum in Gallia, tum extra Galliam.

3. *Iura quædam Regalia.*

Ioannes Lucius Pariſienſis, lib. III. *Placitorum curiæ*, § VI. In adeſpota bona, inque res mortui allophyli, indigenæ jure minime donati, ejuſve quem juſtæ nuptiæ non ediderint, ſi ſine liberis deceſſerit, manum injicere, Regii non ſolum eſſe juris, verum etiam cujuſcunque, meri imperii faſcibus præditi XI Cal. Feb. M. CCCCXXII.

Bodinus. Teſtamenta civibus, non item peregrinis condere licet; aut ſiquid cui à peregrino legatum eſt, earum rerum quæ extra patriam quæſitæ ſunt, caducum fit legatum ac Principis fiſco cedit: idque Albinagium noſtro ſermone vocatur.

Idem. Peregrinorum morientium pecunia fiſco vindicatur, datum tamen ut ſi extra Galliam moriantur teſtamentum condere ac filios in Gallia ſuſceptos ab uxore quæ civis eſt, hæredes ſcribere poſſint. Filii etiam peregrinorum

rum in Gallia ſuſcepti patris hæreditatem non quidem teſtamento, quod peregrinis condere non licet, ſed ab inteſtato capiunt, ſi mater civis fuerit, cum hæreditas defertur. Hoc amplius à regibus noſtris ſingulari jure tributum eſt mercatoribus peregrinis qui ad nundinas Lugduni & Campaniæ proficiſcuntur, ut nihil de bonis eorũ ſi interim moriantur, decerpere fiſco liceat.

Du Haillan. Penes Regem belli paciſque arbitrium eſt. Convocat ordines Regni cum neceſſe videtur. Confert omnia officia & beneficia electiva, tam politica, quam civilia atque militaria. Cognoſcit de omnibus judiciis omnium Magiſtratuum; conſtituit & deſtituit omnes Officiales; imponit aut adimit tributa & ſubſidia; impartitur gratiam à pœnis & multis legalibus; valorem numiſmatum aut intendit aut remittit. Nullus præter ipſum aut natalibus reſtituere, aut legitimos facere, aut denique equeſtri ordini aſſcribere quemquam poteſt. Solus monetæ cudendæ poteſtatem habet: ſolus per Officiales ſuos quædam crimina quæ *Cas Royaux* vocantur, ſuntque numero XXIV. poteſt punire: ſolus ærarii compos eſt, & expenſas moderatur uti lubet. Solus fert leges, eaſque explicat.

4. *De Auctoritate & Prærogativa Reginarum Galliæ.*

Ioannes Tilius. Reginæ, Regibus jus dicentibus aſſidere poſſunt,ut fit in judiciis Parium. Præterea habent juriſdictionem, & (ſi placet) conventus maximos in agris ſuis & propriis & dotalibus, ut de primis provocationibus cognoſcant; & ab earum conventibus ad conſilium Parium Galliæ provocatur, quamvis agri ſint juriſdictionis alterius. Item Reginas oportet binis literis vocari in jus, prout ſolenne eſt in citandis Paribus Galliæ. Ne plura; prærogativæ omnes quæ Paribus competunt, ad Reginas quoque Galliæ pertinent; noluerunt Reges majeſtatem matris aut uxoris regiam (quæ multis modis anteit dignitatem Parium) minoribus uti priuilegiis: quamobrem etiam in Parlamento, velut Paribus, ipſis dies ex catalogo aſſignantur, ut ex actis Parlamenti apparet confectis VIII Maii MCCCC & XXVII Iunii MCCCXII. Quamvis ex jure & conſuetudine donationes inter virum & uxorem conſtante matrimonio ſunt irritæ, valent tamen eæ quas Reges Reginis faciunt: ratio ſuperiore capite dicta eſt. In Parlamen-

lamento diſputatum eſt XIX Maii & XVIII Septembris MCCCLXXXV, eſſetne privilegium Reginæ dotatæ æque ac Regis, ut anteferretur aliis creditoribus. Henricus II Rex, III Octobris MDXXXXVIII & XVIII Ianuar. MDXXXXIX hanc dubitationem ſuſtulit, par Reginarum privilegium ac Regum ipſorum pronuntians. Reginæ quoque in omni jure immunes ſunt, ne corpora ſua cogantur ſiſtere, & à teloniis omnibus liberæ. Cum civitates regni primum ingrediuntur, eos ſolvunt qui ſunt in vinculis (ut etiam Reges) per generales procuratores ſuos: non à tempore ſolum declarationis quam Rex Henricus edicto fecit ultimo Novemb. MDXLIX, ſed etiam antea; ut ex actis Parlamenti confirmari poteſt. Item ad honorem ſuæ domus & cultus habent Officiales maximos. Domeſtici Reginarum Officiales, itemque matrum Regum, eadem habent privilegia, quæ regum ipſorum domeſtici: Atque etiam ſecundum reginas pronuntiatum eſt, ſententias à judicibus ipſarum latas eandem auctoritatem obtinere, quam eæ quas dicunt judices regii, & certis in cauſis ſupra provocationes obtinere. Reginæ omnes viduæ vulgo appellantur Blancæ, ex duarum nomine quæ vixerunt

diutiſſime : quarum altera fuit Regina Blanca Sancti Ludovvici mater ; altera Regina Blanca Regis Philippi Valeſii vidua.

5. *De Filiis Regum, eorum aſſignationibus & beneficiis.*

Ioannes Tilius. Olim familiæ Francicæ filii ex æquo inter ſe dividebant, nullo primogenitorum jure: etiamque nothi accepti hæreditatem adibant cum legitimis, tenebantque ſinguli appellatione regni. Singuli Reges ſe Franciæ Reges inſcribebant, tum diſcretionis ergo addebant, ſe prætorium ſummum habere Pariſiis, aut in alio ſuæ partis oppido : ex quo tandem factum eſt ut Reges Pariſiorum, Aureliæ, &c. dicerentur. Tertia hæc familia plane dejecit nothos non tantum regno, ſed etiam cognomine Francico, quod prius commune erat nothis. Obſervandum tamen quoſdam fuiſſe acceptos, *cum* in regia educati, probati, eoque nomine honorati eſſent, alios vero acceptos ſcripto. In hac quoq; filiiRegum minores natu ſingulares tantũ aſſignationes habuerunt invecta ſingulari quadam lege & conſuetudine, quæ narratur in decreto facto ſecundum Regem Philippum

lippum pro Comitatu Pictonum & tractu Arverniæ contra Carolum primum Siciliæ Regem, Sancti Ludovvici fratrem, in Parlamento, Novembri ineunte MCCLXXXIII. Cavetur enim ne minores natu poſſint contendere, aut certam partem in jus ſucceſſionis à parente Rege ſibi aſſerere; ſed tantum quod ad victum & alimentum ipſorum pertineret, ſive ex voluntate & arbitrio parentis Regis, ſive fratris obtinentis regnum, ſi teſtatio defuerit: nec licere minori fratri de tenuitate conqueri, quamvis ſi amplius eſſet, Rex ſuccedens pro auctoritate poſſit decidere. Hæ autem aſſignationes maribus deficientibus ad regnum recidunt, prout ſtipulatione factum eſt ad tollendam omnem dubitationem. Ea autem lege ſeu conſuetudine proprietas aſſignationum ad regnum pertinet, eſtque verum dominium illius: nam filii qui uſumfructum obtinent in partibus, Regis proprietarii numerantur. Ideoque hæc aſſignatio non appellatur pars, quaſi dominatus eſſet & certa debitæ partis proprietas, ſed Apennagium: Aſſignationes quædam, ac veteres maxime, filiis Regum hæredibuſque competunt. Hæredis autem vocabulum, ut late ad mares fœminaſque pertinet,

tinet, multas contentiones excitavit immerito; cum ex lege fœminæ aſſignatione de bonis regni facta excludantur. Hæredes autem quoties pure ſcribuntur aut enuntiantur, ſoli mares intelliguntur, cum de rebus agitur quæ ad alios minime tranſeunt: quod ſi res ad fœminam æque ac marem tranſmitti poteſt, *vocabulum ut late patet*, de utriſque intelligitur. Primus Rex *Philippus Pulcher ex conſilio ſtatuit ut* Pictonum Comitatus cum aliis agris Philippo minori filio (*qui poſtea fuit* Rex Philippus Longus) aſſignatus, *deficientibus maſculis* hæredibus rediret ad regnum, ea lege ut Rex qui tum viveret, filias ex certorum hominum ſententia elocaret, eæque inter cætera patri ſuccederent. Hæc lex excludit fœminas tantum nomine hæreditario in ſucceſſionibus, non autem impedit quin alio jure agros obtineant ex *voluntate* Regum qui aſſignationis fuerint: hoc enim utile potius eſt quam damnoſum regno, ut ab exemplo Margaritæ Siculæ, & Mariæ Bituricæ conſtat. A tempore Ludovvici Ducis Aureliani, qui frater fuit Caroli VII, in omnibus minorum natu aſſignationibus diſerte cautum eſt de reverſione ad regnum, ſi mares hæredes matrimonio

legi-

legitimo prognati deficerent, ut ſublata eſſet omnis controverſia. Quamvis plurimi Galliarum Reges ſuperſtites ad confirmationem dignitatis filios maximos coronari curaverint, perpauci tamen regiam autoritatem eis commiſerunt, ex quo regnum in poſteris erat ſtabilitum. Rex Carolus VI affecta valetudine Carolum Delphinum præfecit ærario regni, XXIV Septembris MCCCCIX, & facultatem dedit gerendi vices ipſius, eoque abſente aut occupato præſidendi conſilio ipſius. Delphinatus Viennenſis à Philippo Valeſio Regè maximo Regum filio comparatus eſt: atque hinc factum eſt ut omnes hoc nomen habuerint, etſi non eſt primum & præſtantiſſimum. Nam qui Ducatus habuerunt, ut Carolus maximus Caroli VI Regis filius, Dux Aquitaniæ,& alii primum Duces ac Delphini dicebantur; idque merito, cum Ducis dignitas Delphino anteponenda ſit. Sed tamen memoria noſtra aliter Henrico II Rege factum eſt, cum Delphinus Viennenſis eſſet & Dux Britanniæ: idque præteritæ hiſtoriæ ignorantia,& eo quod maximi filii inde ab ortu Delphini dicerentur. Confirmant quidam tam eſſe improprium ſi Dominum Delphinum dixeris quam Dominum

Regem, & ſimpliciter Delphinum ut Regem appellandum. Sed tamen diſcrimen intervenit: nam ut deſtinata ſit Delphini appellatio, non tamen eſt præſtantiſſima, verum iſta, maximus Regis Galliarum filius, antecellit omnibus. Regis nomen eſt excellentiſſimum; ideoque ſi non eſt Delphinus, quiſquis regno eſt proximus, ſemper appellatus eſt κατ᾽ ἐξοχὴν & appellatur ſimpliciter Dominus: maximus autem regis filius, Dominus Delphinus, ut oſtendatur maximus eſſe filius Regis, & conditione ampliſſima. Antehac maximi Regum filii habebāt Officiales ſummos. ſuos item Cancellarios præter Cancellarios Galliæ habuerūt. Reges cum ex maximis filiis ſuis Equites faciunt, ſubditis dominio ſuo indicunt penſitationem: quod jus tribus decretis Parlamenti comprobatur, factis ineunte Februario anno MCCLXX. Minoribus autem filiis prærogativa juriſdictionis eſt per comitia magna, fora, aut rationum cognitiones; quemadmodum ex conceſſu Paribus Galliæ laicis tribuitur. Itaque aſſignationes fere cum dignitate Parium conjunguntur. Regalia quidem jura regno adhærentia & indiviſa reſervantur, & ſemper in Ducatibus Comitatibuſque fue-

runt

runt integra: nunquam enim tradebantur illi quin Rex oppidum ſibi aſſervaret, ubi regale judicium inſtitueret ad cognitionem cauſarum regalium: prout Montargii factum eſt, cum Ducatus Aurelianenſis in aſſignationem traderetur. Poſtea vero facti ſunt exemptionum judices. Minoribus item prærogativa eſt, quod aſſignationum cauſæ in Parlamento Pariſienſi ſolum aguntur, licet non adjuncta ſit Parium dignitas: nam hoc Parlamentum etiam, ac non alterum, de proprietate ad dominium regium pertinente poteſt cognoſcere.

6. *De filiabus Franciæ.*

Ioannes Tilius. Fœminæ omni tempore regno Galliæ fuerunt excluſæ, non tamen ex lege Salica; quæ generatim ſtatuit ſi mares filii erunt, ut fœminæ tantum ſuccedant in bona moventia, non autem in vetus patrimonium, quod priſca appellatione terram Salicam dixerunt: atque hac appellatione veteres diu uſos fuiſſe conſtat ex inſtrumento Agoliſmenſis cujuſdam Archidiaconi facto MCCXXXI, ubi hæc habentur: Cui dedit ſuum allaudium vel hæreditatem Salicam ibi nominatam, in agro Santonum ſitam. Idem

legis

legis caput aliis legibus continetur quæ Ripuariæ dictæ ſunt, ubi terra Salica exponitur. Ex lege Salica (quæ pro ſubditis tantum conſcripta eſt) deficientibus filiis hæredes erant filiæ veteris patrimonii. Si quis ergo regnum ex ea vellet inſtituere, filiæ deficientibus filiis ad regnum pervenirent: quæ tamen ſemper conſuetudine fuerunt excluſæ, & ſingulari Galliarum lege, quæ magno Gallorum animo nititur dominatum muliebrem minime ferentium, tum etiam ratione hac, quod regnum ad exteros perventurum fuiſſet matrimonio; etſi interdum mulieribus jus ſummi imperii aut legis habentibus ad tempus parent. Fuit tempus, cum filiæ Francæ inferioribus nuptæ quam Regibus, regiam tamen appellationem uſurpabant & Reginæ dicebantur: qui honor in vitam ipſis concedebatur, ut oſtenderetur ipſas Regum eſſe Gallorum filias. Hanc conſuetudinem veriſimile eſt introductam eſſe, ut æquiore animo ferrent, ſi quando nubebant viris qui non eſſent Reges, ut cum ſua dignitate conſervarent nomen. Sed hæc conſuetudo (quam Bartolus ex jure aſſerit) obſoleta eſt, quia per tempus in ludibrium abiit. Cognomen Francarum ad filias Regum pertinet,

ſi ante

ſi ante natæ ſunt quam patres ſint Reges. Hoc cognomen tum demum obtinent, cum illi ad regnum pervenerunt: quod ſi filiæ ſunt maximo Regis filio, unde ab ortu vocantur Dominæ ad confirmationem regni patri ipſarum hæreditarii, niſi occupetur morte: aliæ vero tantum dicuntur Domicellæ, & percepto regno Dominæ cum Francarum cognomine. Hoc Francarum cognomen ad filias tantum Regum Gallorum pertinet. Filiæ Francæ plurimum pecunia fuerunt elocatæ. Rex Carolus V anno MCCCLXXIV inſtituit centies mille Francos aureos, id eſt, coronatos, in matrimonium cujuſque filiarum ſuarum, Mariæ & Iſabellæ, & ſingulis poſtea naſcituris ſexagies millenos francos aureos ſive coronatos: Carolus VII Rex menſe Martio MCCCXCV promiſit octies centies mille francos Iſabellæ filiæ nupturæ Richardo II Regi Angliæ. Ita dos incerta eſt: interdum etiam agri ad dominium pertinentes ipſis & ipſarum liberis aſſignantur: quod fit liberis tantum natu minoribus. Reges quidem agros ad regnum pertinentes filiabus oppignorant; ſed non poſſunt amoveri: quod autem ipſis dotis nomine tribuitur, improprie vocatur aſſignatio. Solebant

Reges

Reges penſiones ſubditis dominii *ſui* imponere nupturis filiabus, eamque exegit Rex Philippus Pulcher, cum ſecunda ipſius filia nuptura eſſet Iſabella Regina Angliæ. Atque hinc *Vaſalli* Regis percipiebant lucrum: nam à ſubditis ſuis ita exigebant, ut partem *ipſi* perciperent præter id quod dabatur Regi. Nortmanni ſummam totam Regi in matrimonium illud ſpoponderunt, qui menſe Octobri MCCCVIII ſtatuit ne illa liberalitas ipſis in poſterum damnoſa eſſet. Quod autem ad jus Vaſallorum partem indictionis ex conſuetudine ſibi retinentium, fuit jus illud jam olim receptum, confirmaturque tribus decretis ſub tempus (ut vocant) Candeloſæ factis MCCLXXI, & habent idem memoria noſtra Vaſſalli quamplurimi in agris ſuis naſcente aut nubente maxima Regis filia: pro aliarum vero matrimoniis facultas tribuitur inſtituendi opificia in civitatibus regni, in quibus juratæ Phratriæ receptæ ſunt.

Thuanus lib. XXII. Eliſabethæ filiæ Philippo Hiſpan. R. nubenti, Rex Henricus II dotem CCCC aureorum millium dixit.

Thuanus lib. LXXII. Legibus noſtris filiæ Regum pecunia tantum, numquam

quam rebus fundi, donantur: novo tamen more Henricus III ſorori ſuæ Margaritæ Cadurcorum & Aginnenſium præfecturas dotis nomine attribuit, & jura etiam regia & coronæ, ut vocant, eis unita privato diplomate tranſſcripſit.

7. *De Principibus Agnatis.*

Ioannes Tilius. Ad conſervationem familiæ Francæ Principes agnati à certamine immunes ſunt, & diſerte in ſubditorum actis hac lege ſoluti poſt Regem inſcribendi ſunt. Atque ut ut gravem indignationem ſua culpa Principes fuerint meriti, non tamen legimus in tertia hac familia ullum eorum contumaciæ damnatum eſſe, niſi Ioannem Ducem Alenconium, in quem ſententia lata poſtea reſciſſa eſt: nam juſtitiam Reges temperarunt clementia, qua cognatio tota in ſtudio officioque contineri, & ad illud revocari poteſt commodiſſime.

Thuanus lib. XXVII. Regii ſanguinis Principes abſque ullis titulis & patriciorum privilegio gaudent, & patricios omnes natalium prærogativa, non patriciatus ratione præcedunt. Inter ſe vero hunc ordinem ſervant, ut qui

ſuccedendi ordine prior eſt, poſteriorem antecedat.

Idem lib. LXIII. Rex Henricus III anno 1572. edictum condidit, quo ſancitur ut conſanguinei Principes Franciæ Pares cæteros, quantumvis dignitatis anteriores prærogativa aut alio titulo nitantur, ubique in Regum inaugurationibus, in ſupremis Regni curiis, conventibus, locis ac cæremoniis publicis præcedant, id fixum ac ratum ſit in poſterum; quod edictum magno conſenſu VI Eid. Ian. promulgatum in Senatu.

Ioannes Tilius. Quiſquis Principum proxime ad regnum pertinet, etſi non eſt Regis regnantis filius, tamen quia ſecundus eſt à Rege, poteſt ex autoritate Regis opificia in civitatibus regni ſtatuere, ubi ſunt jurata corpora; & alia privilegia prærogativaſque, ut ſecundus à Rege, obtinet. Edicto Caroli VI Regis promulgato cum ipſe juri dicundo præeſſet in Parlamento XXVI Decembris MCCCCVII, Principes agnati regno proximi à conſiliis ſunt in adminiſtratione regni, cum Reges minores ſunt annis. Singularibus vero inſtitutis quæ ante facta fuerant, Principes agnati conſilio ſemper interfuerant ſecundo à Reginis loco: nec immerito, cum

cum illa regni quæ edicto tollitur rectio ad proxime neceſſarium pertineret, niſi aliud defuncto Regi, ad quem electio pro minore filio libere pertinebat, placuiſſet. Principes agnati agnatæque immunes ab omnibus regni vectigalibus pronuntiati ſunt decreto die octavo Iunii MCCCLXXXVII, cum adverſus Ioannem Grandecortenſem Equitem, Maſionum ad Sequanam Dominum, fuit ſecundum Blancam Aurelianam Ducem, filiam Caroli Pulchri Regis, judicatum. Iidem diplom͂a Regis exorantes, nihil tenentur ad pretium ſigilli pendere. Ex quo in regno Galliæ obſequium uni redditur. Nomen Latinum Principis, quo primum caput ſignificatur, ad eos pertinuit qui ex ſtirpe Regis ſunt, & primum caput, id eſt regnum, ex jure poſſunt percipere. Qui autem exteri ex familiis ſummis acceſſerunt, Principes quidem ſed adjecta familia nominantur.

Thuanus lib. XXVIII. Principibus agnatis ſingulari prærogativa jus eſt, ne de eorum capite & exiſtimatione apud alios judices, quam coram Rege in Patriciorum curia quæri poſſit.

8. *De Paribus Franciæ.*

Thuanus lib. XXVII. Pares Franciæ, ſive eorum originem ad Carolovingos ſive ad Capevingos referas, XII antiquitus fuere. Sacri ordinis Archiepiſcopus Rhemenſis, Epiſcopi Lingonenſis & Laodunenſis Duces; Epiſcopi Bellovacenſis Catalaunenſis & Noviodunenſis Comites: ſacris ſoluti, Burgundiæ, Aquitaniæ, Normanniæ Duces; Flandriæ, Campaniæ ac Toloſæ Comites. Eccleſiaſtici tempore minime mutaverunt. Cæterorum ditiones tempore partim Regiæ coronæ accreverunt, partim perierunt, & inſtituti paulatim alii, qui juxta creationis tempus, in publicis regni ſolemnitatibus ac conſeſſibus ordinis prærogativam ſervant. Eorum numerus minime definitus eſt; titulis illis honorificis pro Regum arbitrio præcipuis dignatione aut gratia viris ſemper attributis: ſicuti Lotharingis accidit, qui omnes ea dignitate honeſtari ſtudioſe affectarunt. Sed cum in auguratione Regum præter Eccleſiaſticos, VI tantum adhibeantur qui veteres illos repræſentent, id ſemper obſervatum fuit, ut inter eos creationis tempus in incedendi aut ſedendi ordine inſpiceretur.

Ioan-

Ioannes Tilius. In eo inſtrumento, quo Matiſconenſi Comitatui dignitas Paris pro Tholoſano adjecta fuit, anno MCCCLIX per Carolum V. Regem pro fratre ipſius Ioanne, qui poſtea Dux fuit Biturigum, diſerte ſcribitur, à Regibus Galliæ ad conſervandum honorem ſui conſilii & juvandam Remp. duodecim Pares fuiſſe conſtitutos, qui in maximis conſiliis fidelibuſque inter ipſos aſſiſtant Regi, eumque primi ex ordine comitentur, & res ſtrenue gerant ad Regis ipſius regnique defenſionē. Ac propterea minime ferendum eſt excommunicari unum ex Paribus, quia verſandum eſt cum ipſo ad conſilia Regis: nam Rex ipſe, ſi Pari non eſſet unde viveret, eum teneretur alere. Quanquam Scripturæ ſacræ armis toti clero interdicunt, tamen Antiſtites Pares Galliæ pro dignitate Parium temporaria tenentur Regibus miniſtrare & eos ſequi cum equitum ſuorum ac militum comitatu, ſi quando Reges ipſi in bellum proceſſerint: quod officium à quibuſdam aliis Epiſcopis qui Pares non ſunt debebatur: adeo Gallia in his conditionibus rem militarem æſtimavit magni. Sic Pares Galliæ dignitate Ducum & Comitum fuerunt ornati, ut miniſtrent judicentque ex

jure ſummo Regis, ei in jure ſedenti adſint, in ſacris & coronatione miniſtrent, conſulantque in negotiis quæ Regi communicare cum ipſis placuerit. Pares propterea dicti ſunt, non quod Regi, ſed quod inter ſe pares ſint, ut luculenter oſtendit decretum contra Comitem Flandriæ in Parlamentum factum ineunte Novemb. MCCXCV. Nam quod ad dignitatem Parium, omnino ſunt pares, neque uni amplius juris in ſuffragiis ferendis dicendaque ſententia eſt quam alteri: etſi laicis quædam prærogativę ſunt pręterquam Eccleſiaſticis. Alios vero Principes ea dignitate ornarunt Reges, non tantum neceſſarios, ſed etiam alienos qui de Repub. bene merebantur, propter prærogativas Parium. Ac Pariatuum quidem alii ad vitam & perſonales ſunt; alii ad ſolos mares hæredes pertinent, alii ad omnes etiam mulieres: hæ percipiunt Pariatus, in judiciis ſedent, & ſententiam dicunt, vocantur in jus, ut alii Pares, convenienter cum lege civili, quia dignitatem juriſdictione conjunctam obtinent. Singularis eſt & ſolennis citandi Pares Galliæ ratio, narrata in decretis Hugonis Ruſſi ad diem XII Maii MCCCXLI, Matthæi Guinhardi ad diem III Iulii MCCCLXII,

& aliis

& aliis quamplurimis. Duobus Regis diplomatibus opus eſt: uno Rex in jus accerſit Parem; altero ad magnum aliquem virum ſcripto, puta magiſtrum libellorum ſupplicum, conſiliarium Parlamenti, præfectum, Seneſcallum, aut vicarios eorum. Imperator huic ut prius ſcriptum aut ipſi Pari aut domicilio ipſius offerat: quod ſi abeſt, jubetur ad Officiales ipſius perferre. ſi captivus eſt, citari non debet: non enim citatus fuit Catalauniorum Epiſcopus in cauſa Roberti Comitis Flandriæ MCCCXV, ut ex decreto conſtat. Quicunque diploma Regis Pari exhibet, honeſtum debet habere comitatum ex Regis & conſilii ſententia, ut gravitatem habeat exhibitio. Hæc autem accipienda ſunt, ſi quando honor, caput, dignitaſve Parium agitur, aut ſi quando in Parlamento provocaverit à judice quem non poſſit rejicere, & cujus nomine multetur tanquam rei male judicatæ: in aliis vero cauſis diverſa eſt ratio, ut decreto fuit declaratum de Duce Burgundiæ die ſexto Auguſti MCCCXC & in cauſa Simonis Marcheti decimo nono Iulii eodem anno. Forma jurisjurandi quod in Parlamento Lutetiæ dant, exprimitur in jureiurando Noviodunenſis Epiſcopi præſtito

 die

die XXVI Ianuarii MDII, ſe in judiciis bona fide lites diremturos, ubi in Parlamento erunt, ſine perſonarum acceptione; arcana Parlamenti non revelaturos; ei tanquam ſuo judici de honore, vita, & dignitate ipſorum honorem habituros: etſi Parlamentum in judiciis ipſorum convenienté Parium aliorum numerum habere neceſſe eſt. Parium privilegium, ne jure experiantur niſi in Parlamento, declaratum fuit in cauſa Lingonenſis Epiſcopi, decreto facto die XVIII Februarii MCCCXXXIV; item pro Comite Arteſiano XIII Ianuarii MCCCXXXV; quod locum habet cum agitur de agris reverſis & receptis evictione feudi. Paribus laicis jus ſingulare eſt habendi conventus magnos, ad quos à præfectis ipſorum provocatur, & à conventibus ad Parlamentum. Hic autem obſervandum eſt, non eſſe in regno alium juris conventum, quam Regum aut eorum quibus Rex ſpeciatim conceſſerit: alioqui abſurda eſſet laicorum Parium ab Eccleſiaſticis differentia. Nam profecto non eſt ex Pariatu hæc prærogativa: ſi eſſet, æque ad Eccleſiaſticos pertineret: ſed hoc laicis Paribus conceſſerunt Reges. Præter has omnium Parium prærogativas ea dignitate ſunt (quia præcipua ſunt

Parla-

Parlamenti membra) ut communes omnes honores, immunitates, & privilegia habeant quæ habent præſides illius & conſiliarii.

9. *De tribus Galliæ Ordinibus.*

Claudius Seſellius. Sunt in Galliis tres præcipui ordines, Nobilitas, Populus, Vulgus. Hi ſinguli, pro ſua quiſque conditione, ſuas habent leges ac inſtituta, quibus utuntur, & adeo commode ſunt invicem aggregati, ut ægre facultatem habeant, alii alios opprimendi, aut etiam adverſus Regem conjurandi. De Eccleſiaſticorum ordine poſtea ſum dicturus. Nobilitas igitur Galliæ, ſive Equeſtris ordo, maximis fruitur commoditatibus ac privilegiis, eoque fit, ut magno quodam affectu Regem complectantur, & vitam quoque pro ipſius ac patriæ ſalute profundant. Nec enim ullum pendunt tributum, & armatis licet ipſis eſſe quocunque loco, & multa habent vitæ præſidia, ſic ut non ſit opus, illiberalem aut quæſtuariam aliquam artem exercere. Hoc enim noſtris moribus minime illis conceditur, niſi forte domi maneant, ac rei familiari ſtudeant. Sed ſi Regem ſectari velint, habent quo ſe honeſte alant. Plurima enim ſunt domus &

aulæ regiæ miniſteria, quæ ſolis nobilibus attribuuntur, qui ſinguli, partem aliquam anni, in iis procurandis conſumunt, & reliquum tempus vacuum habent ac liberum rebus privatis atque domeſticis adminiſtrandis. Hi omnes annuum accipiunt à Rege ſtipendium, & ampliora ſperandi magnas habent occaſiones. Principes autem viri, ac majoris dignitatis proceres, quoniam & ipſi Regis beneficentiam experiuntur, ac partem Reipublicæ procurant, Nobilibus, qui ſunt re familiari minus lauta, victum & alia ſæpe communicant. Deinde, Reges perpetuum alunt & ampliſſimum equitatum, exercendæ & alendæ cauſa nobilitatis, ac in tanto equitatus numero, plurimæ ſunt præfecturæ, quæ in illos diſtribuuntur: eaque ratio non minus pacis quam belli tempore durat. Majoris quidem loci Nobiles, pro ſua quiſque conditione ac virtute, præficiuntur equitibus: ex reliquis autem alii ſunt legati, alii ſigniferi, alii equites cataphracti, alii ſagittarii, & qui per ætatem non poſſunt ferre arma, reliquis famulantur, & cum nullum intercedit bellum, licet ipſis manere domi, ſuique ſtipendii partem non mediocrem parſimonia conſervare. Ad hæc nemo credat, quam multæ ſint

per-

per Galliam præfecturæ, ut ſic dicam, urbanæ, quæ ſoli nobilitati committuntur. nam alii provinciis, alii civitatibus, alii oppidis, alii finibus, alii caſtellis & arcibus, alii vicis præficiuntur: ut interim nihil dicam de majoribus illis muneribus, quæ Principibus tantum tribui ſolent, cujuſmodi ſunt, qui noſtra lingua dicuntur *Conneſtablis, Mareſcalli, Ammiralii*, & id genus alii. Sed & annuam pecuniam, velut honorarium quoddam, Reges liberalitate quadam elargiri ſolent in multos nobiles, qui nulli ſunt addicti miniſterio: hi appellantur noſtra lingua *Penſionarii*. Alter ordo ſuas etiam habet commoditates, non exiguas. Ad hunc pertinent mercatores, qui eo faciunt majorem quæſtum, quod tuto ipſis per Galliam proficiſci ac negotiari licet, tum, quod Nobiles & mercaturam nullam exercent, & ſplendide fere ac ſumptuoſe veſtiuntur. Huic etiam ordini conveniunt ac fere tribuuntur Quæſturæ & rationes nummariæ, item Præturæ, & quicquid ad Iuriſdictionem pertinet, qua ſane in re plurimum eſt honoris ac emolumenti. Sunt enim in Gallia Iuris adminiſtri, Iudices, Advocati cauſarum, Procuratores, Scribæ, & id genus alii, multo plures mea

quidem ſententia, quam in reliquis omnibus orbis Chriſtiani provinciis: quod peropportune illis accidit, qui relicta mercatura, his rebus operam navare volunt. In tertio genere eſt Vulgus & promiſcua hominum multitudo, qui & agros colunt, & omnis generis artificia tractant. Vt autem hi vel nimia utantur libertate, vel admodum ſint divites, vel in armis etiam exercitati, non eſt conſultum. Nam quia conditionem ſervitutis oderunt omnes, & natura ſuas fortunas amplificâre ſtudent, facile ſit, ut arma capiant & potentiores opprimant: quod & in Galliis & aliis in locis non ſemel accidiſſe conſtat. Vt autem ejuſmodi ſint ordines, ac velut gradus in omni Republica, neceſſe eſt; quemadmodum in corpore humano videmus infirmiora & ignobiliora membra ſubminiſtrare dignioribus. Neque tamen eſt, quod hi ſuum ſtatum deplorent ac indigne ferant, quoniam & jus communicatur ipſis æquabiliter, & quam à majoribus acceperunt, ea utuntur libertate, & multi etiam Reipublicæ miniſteriis adhibentur, & ſola virtute ac induſtria & aſſiduitate poſſunt ad ſecundum ordinem emergere; quod ſecundo non licet, ut ad primum videlicet

licet evadat, niſi Regis beneficio ſingulari, quod ille ſolet iis impertiri, qui aut jam fecerunt, aut pro Republica videntur poſſe aliquid facere egregie. Eſt præterea ordo Eccleſiaſticus, nulli non communis, qui modo animum huc adjiciat, & pro Galliæ conſuetudine non raro accidit, ut etiam homines plebeii, virtute ac eruditione præſtantes, ampliſſimos in eo genere conſequantur honores: Cardinalatum aliquando, vel Pontificatum etiam. quæ ſane res ad virtutem ac literarum ſtudia homines inflammare poteſt. Quare ad Reipublicæ utilitatem ſemper exiſtimavi pertinere, ut mos ille ſervetur, conferendi Sacerdotia & Eccleſiarum facultates iis, qui ſuæ diligentiæ ac literaturæ documentum aliquod egregium dediſſent. Niſi enim ita fiat, potiſſima pars earum facultatum erit in poteſtate Principum ac Epiſcoporum, qui ſuis deinde familiaribus atque ſervulis ea diſtribuunt: reliqui autem, qui Romæ & apud Regem nullos habent amicos atque ſolicitatores, fruſtra laborem omnem ſumunt. Neque tamen hoc ita velim accipi, quaſi in ea ſanctione & lege, quam Pragmaticam noſtri vocant, nihil ſit vitii. non enim hoc mihi ſumo diſputandum; ſed.

quod

quod publice mihi profuturum eſſe videtur, expono. Vellem equidem inveniri poſſe aliquam in eo rationem, quæ & Reipublicæ Galliæ & Romanæ quoque Curiæ ſit non incommoda: ſed plura de eo non ſum dicturus in hoc loco.

VI.

DE SVMMIS OFFIciis Galliæ.

1. *De Conneſtabili, & Mareſchallis, magiſtroque Baliſtariorum Galliæ.*

IOannes Tilius. Ante Hugonem Capetum Regem tantiſper dum fuit præfectus palatio, Comes ſtabuli (qui vulgo Conneſtabilis) præfectus erat hippocomiæ, ut vox Latina docet. Itaque ſignificabat Comes ſtabuli eum qui præerat ſtabulo, id eſt, equili principis. Mareſchalli vero erant hippocomi, compoſita voce ex ſermone inferioris Germaniæ, ubi *Mar* equum ſignificat, *Schal* vero ſervum aut Officialem. Sed poſtquam præfectus palatio abrogatus eſt, tertia Regum famili-

lia

lia Officiales inſtituit in rem militarem, unum Conneſtabilem, & alios minores Mareſchallos. Quædam tempora ab Hugone Capeto fuerunt, quibus Gallia caruit Conneſtabili: interea vero Reges ſingulari mandato vicarios inſtituebant qui imperarent copiis. Arturi Britanni literæ amplitudinem dignitatis iſtius exprimunt, docentes ipſum Principem eſſe in tota re militari ſecundum à Rege, & ex antiquo uſu cuſtodiendum ipſi tradi regalem gladium fiduciaria lege, cuius rei ipſe liberam fidem dat. Exſtat in Rationario reſcriptum pervetus, quo dicitur Conneſtabilis ſuperior omnibus qui ſunt in exercitu, præterquam Rege, ſi interfuerit, Ducibus, Baronibus, Comitibus, Equitibus, armigeris, ſtipendiariis, ſive equo ſive pedes militent, quacunque tandem conditione ſint, omneiſque illi ex officio obſequi. Ei ſubſunt Mareſchalli, diſtinctamque procurationem habent, ut milites, Duces, Comites, Barones, Equites, armigeros, eorumque copias excipiant: neque luſtrare poſſunt, neque aciem inſtruere niſi ex autoritate Conneſtabilis, neque in exercitu quicquam proclamare ſine conſenſu Regis aut Conneſtabilis, ad quem militiæ imperium pertinet. Quo-

Quoties procedunt caſtra, Conneſtabilis ſtationes ſingulas eligit, traditque Regi & aliis militiæ incumbentibus pro conditione ipſorum, & in acie præire debet caſtris, ſequens veſtigia magiſtri baliſtariorum: Mareſchalli vero Regem, ſi in copiis eſt, comitari debent. Neque prætoriana, neque acies aliæ procedunt niſi ex mandato conſilioque Conneſtabilis, cui mandata eſt cura legatos & exploratores quocunque opus fuerit mittendi propter exercitum, itemque corycæos & equites quoties neceſſe eſt. Conneſtabilis ex ſingulis Regis ſtipendiariis penſionem diei unius pro jure ſuo habet; quod jus, ſi placuerit, cum primum accepti ſunt aut ſtipendia prima numerantur, poteſt accipere, itemque ab iis qui ſtipendia non faciunt Regi, ſed compenſationem, reſtitutionemque pecuniæ habent, aut aliud aliquid. Cum primum ſignis productis pergere cœperunt caſtra, hoc jus ad Conneſtabilem pertinet in ſtipendiarios & omnes qui ſumptus, ſalaria, aut reſtitutionem à Rege habent, eaque à quæſtore ærarii bellici penes ſe accipit: nempe quantum quiſque in diem unum à Rege habiturus eſt, etiam à ſtipendiariis illis equitibus peditibuſque qui magiſtro & ſcribæ baliſtario-

liſtariorum accenſi ſunt, ad quos unius quoque diei ſtipendium pertinet. Atque hæc priſcorum temporum ratio. Verum Rex Philippus Valeſius pronuntiavit immunes à jure iſto Principes agnatos eorumque domeſticos ſumptibus eorum militantes, etiam pedites. Diu obtinuit jam, etſi non ſemper, ut hoc officium in regno ſummum haberetur. Conneſtabilis, ſummus pincerna, admiſſionalis, & cancellarius Galliæ ex decreto facto MCCXXIV regnante Ludovvico VIII, hanc prærogativam habent, ut in judiciis Parium aſſideant Paribus. Mareſchalli Galliæ bini tantum fuerunt ad Franciſcum uſque primum, abs quo numerus eorum auctus eſt. Nullus Conneſtabilis jusjurandum Parlamento præſtare legitur, niſi Ludovvicus Luxemburgicus Comes S. Pauli XII Octobris MCCCCLXV. Primus autem cujus procurationis literæ in Parlamento fuerunt promulgatæ, eſt Arturus Britannus Richemontenſis Comes. In Mareſchallis autem alii fidem dederunt in Parlamento, & accepti ſunt ſexto nonoque Iunii, decimo & duodecimo Septemb. MCCCCIX Domini Caſtilionis & Inſulæ Adamicæ. Præter jusjurandum exercendi officii nihil Conneſta-

bili

bili aut Mareſchallis cum Parlamento commune eſt, cum ipſorum adminiſtratio ſit militaris: ſed jurіſdictionis ſuæ auctori dant fidem, quam à Vaſſallis debitam Regibus accipere non eſt Parlamenti. Magiſtri Baliſtariorum pervetus officium eſt: ſic enim ante S. Ludovvici tempora dicebatur, quia inter pedites ſummi erant baliſtarii: eique ſucceſſit Præfectus peditatui. Conneſtabiles & Mareſchalli ſuos præfectos habent, quibus bello & pace eſt capitalis jurіſdictio: quæ plurimum variis de cauſis amplificata eſt negligentibus aut abſentibus Prætoribus & Seneſchallis, quibus ſuum caput ſeorſim tribuemus. Mareſchallis propter officia ipſorum neque acceſſus, neque ſuffragium in Parlamento eſt, neque per fora excelſa ſedes.

Vincentius Lupanus. Criminum militarium apud Conneſtabilem cognitio, & perſecutio ad eum pertinet; emanſorum & eorum qui abſque honeſta aut cauſaria miſſione diſceſſerint, & ad diem commeatus non venerint, exploratorum, proditorum, transfugarum, deſertorum, prædæ manubiarumque, redemtionum, ſtationis relictæ, denique actionum perſonalium judicio milites inter ſe litigantes audit: cui

cui pro inſigni eſt gladius liliatus.

Idem. Tribunis ea poteſtas eſt in milites, quæ Magiſtris equitum: quorum ſunt partes caſtris locum eligere (unde à nonnullis Magiſtri caſtrorum dicti) ac milites in officio continere, in quos vitæ & necis poteſtatem habent: quod munus eis mandant, quos vulgo Prevoſtos Mareſchallorum vocant. Similes his prope fuere Irenarchæ quorundam judicio, Aureliano, Martiano, Iuſtiniano emendandis moribus & diſciplinæ publicæ præfecti: quibus regio edicto commeatuum caſtrenſium cura eſt, eiſque pretium ſtatuunt, & abſque provocatione emanſores, apolidas, acœcos, per laſciviam aliquid agentes, mulierum ſtupratores, ferarum confectores capitali pœna afficere licet. denique ad eos omnium criminum militarium coërtio pertinet. Latrunculatores Latine appellaveris.

2. *De Ammiralio Galliæ.*

Ioannes Tilius. Ex quo regnum partitionibus minutum, & Reges in ditiones anguſtiores contracti ſunt, eo quod potentes Vaſſalli feudos ſummo cum imperio (ſi fidem exceperis) obtinebant (Rex enim Angliæ tenebat Ducatus Nortmanniæ & Aquitaniæ, Bri-

tanniæ ſuus Dux erat, & Flandriæ, Toloſæ, Provinciæque Comites) Reges Galliæ diu nullum imperium in mare habuerunt: ac propterea non fuit opus Amiraliis niſi cum expeditionem in terram ſanctam ſuſceperunt; quo tempore mercenariis Genuenſibus, Hiſpanis, aliiſve finitimis peritis rei navalis uſi ſunt, ut curam devectionis ſuſciperent, nullo conſtituto in eam rem officio; eoque pacto in unica expeditione Amiralios plures habuerunt. Sed poſtquam dominium regni ad utrumque mare denuo propagatum eſt, diverſi in hoc regno Amiralii facti ſunt, nempe Galliæ & Britanniæ: interdum vero unus officium utrumque geſſit. In Provincia autem Narbonenſi Seneſchallus maximus ſive gubernator æque maris ac terræ adminiſtrandæ mandatum habet. Officium Amiralii videtur fiduciarium eſſe, tanquam feudus in vitam datus. Amiralius ex officio neque locum in editioribus ſedibus, neque ſuffragium, aut acceſſum in Parlamentum habet.

Vincentius Lupanus. Francis Hamiralus; qui totius rei maritimæ diſceptationem omniumque criminum cognitionem ſibi vendicat: nautas & mercatores litigantes audit: ad ipſiuſque

que curam pertinet edere quos ſuæ juriſdictioni præeſſe aut vices ſuas gerere velit: ipſiuſque eſt decima prædæ manubiarumque: denique in ſua verba adigit navium triremiumque præfectos: fidem publicam dat; & cum hoſtibus aliquot dierum inducias paciſci poteſt, ut tuto piſcari liceat. cui pro inſigni eſt anchora atque corniculum, ut quidam exiſtimant.

Qui plura de hoc officio ſcire deſiderat, conſulat librum Domini de Popelliniere qui inſcribitur *l'Amiral de France*; excuſum Pariſiis anno 1584.

3. *De Magno Magiſtro Galliæ.*

Ioannes Tilius. Hoc officium olim cum duæ priores familiæ eſſent, dicebatur Comitis palatii; deinde Seneſchalli Galliæ, cum regnare cœpiſſet familia tertia. Poſtea edicto Philippi Pulchri Regis menſe Martio milleſimi trecenteſimi noni, pecunia quam Rex habebat penes ſe, huic officio debita ex fide Regi data ab Antiſtitibus, tradita eſt tenuioribus nobilium filiabus, ut commodius elocari poſſent. Magnus magiſter prætorii Francici non dat Parlamento fidem, etſi juriſdictionem habet; ſed eam fert acceptam Regi. Regnante Carolo V cognovit magiſter

magnus de lite inter Duces Burgundum & Borbonium orta propter ædes quaſdam Meloduni ſitas, cum Rex ibidem eſſet, eaſque ſententia adjudicavit Borbonio viceſimo nono Decembris milleſimi trecenteſimi ſexageſimi ſeptimi. Septimo Martii MCCCLXXXIX, in cauſa IoannisCaulitti judicatum eſt, magiſtris prætorii Regis extra regiam & præter res ad officium ipſorum pertinentes non eſſe juris dicendi facultatem. Ab ipſis ad Parlamentum provocatur. Primi magiſtri prætoriani officium vetus eſt, quod tenebat Ioannes Iambenſis temporibus Philippi Valeſii Regis. Primarii domeſtici Regis de nocte in ſummi magiſtri cuſtodia excubant, qui ex conſtitutionibus S. Ludovvici, Philippi Pulchri & Philippi LongiRegum ſtationem in prætorio habet. Hic denas libras,& fidelitatis jusjurandum ab antiſtitibus ſingulis qui recens promovebantur, exigebat.

4. *De Archimagiro Franciæ.*

Ioannes Tilius. Huic ſumma fuit inſpectio in omnes culinæ regalis adminiſtros. Guilhelmus Harcortenſis erat Archimagirus Philippi Pulchri Regis MCCXII ; Ioannes Caſtilionæus Philippi Valeſii ; Ioannes Dampetra-

nus Dominus S. Deſyderii, Caroli VI Regis. Atque hic filius erat Alexiæ filiæ Domini Auſemontenſis, qui magiſter Mareſchallus Galliæ nominabatur, & Mariam Barrenſem duxerat: quod propterea dicimus, ut viros potentiſſimos demonſtremus officium hoc honori habuiſſe. Sed quia officium hoc antiquatum eſt, ejuſque emolumenta recepta à Rege, nihil pluribus opus eſt. Gallice dicebatur, *Le Grand Queux de France.*

5. *De Maximo à poculis ſeu Pincerna Galliæ.*

Ioannes Tilius. Summus à poculis dat Regi fidem propter juriſdictionem quæ officio conjuncta eſt. Aderat, & ſententiam dicebat in curia Parium Galliæ judiciiſque eorum. Singulare jus taxandi & pendendi piſces habebat Lutetiæ in cura domus ſuæ, ut Parlamentum decreto judicavit ineunte Novembri milleſimi ducenteſimi nonageſimi ſecundi. Centenos ſolidos ex inſtitutione regia ab unoquoque antiſtite recens promoto percipiebat, cum fidem daret Regi; ut multis decretis dictum eſt: & ratione officii præſes alter erat in Pariſienſi rationario: cu-

jus rei habetur edictum à Rege Carolo ſexto latum ſeptimo Ianuarii milleſimi quadringenteſimi. Gallice, *Grand Bouteiller ou Eſchanſon de France*.

6. *De maximo Franciæ Artocopo.*

Ioannes Tilius. Maximi Franciæ Artocopi officium pervetus inſpectionem habet in officia omnia ad prætorianum panem pertinentia, prout accenſentur ipſi. Hi panem curant, & menſalia linteamina. Maximus Regis artocopus de pane cognoſcit & judicat, qui à piſtoribus urbis ſuburbiorumque Pariſienſium pro Rege & officiis ipſius conficitur: ut ſecundum Montmorencium decreto fuit judicatum ultimo Decembr. milleſimi trecenteſimi trigeſimi tertii. Item permiſſum eſt huic ut à propolis piſtoribuſque ſingulis Pariſienſibus denarium quotannis exigat, quod jus ipſius ex conſuetudine profectum dicitur quam ipſe & anteceſſores ipſius habuerint. Præterea huic attribuitur ad jus ſuum dicendum actuarius unus & procurator in foro ipſius, aut intra palatium, ut ipſe & anteceſſores habuerant: mandatumque ut à judiciis quę ipſe fecerit de cauſis ad cogni-

cognitionem ipſius pertinentibus, ad eos provocetur ad quos ante fuerat provocatum. Permiſſum quoque ut ſi qui recens in opificium illud poſtularent recipi, eos acciperet, atque ad eam rem binos aut ternos homines peritos conſtitueret qui ſpecimen operis acciperent ad ipſum aut officiales ipſius perferendum: verumtamen hac ſpecie neque fas ipſi fore ut decretis à Parlamentis in piſtores factis ratione ulla præjudicet, neque piſtoribus ut pacto ullo conventicula, monopolia, aut alia ejuſmodi mala exerceant. Is Gallice dicitur *Grand Panetier de France.*

7. *De ſummo Hippocomo Galliæ: qui Gallice dicitur,* Le Grand Eſcuier de France.

Ioannes Tilius. Hoc officium non eſt vetus admodum. In recenſione domeſticorum Philippi III, Pulchri, & Longi Regum non fit illius mentio; ſed tantum Hippocomorum quatuor: binos ſemper affuturos aulæ; unum ad corporis miniſterium, alterum ad curationem ſtabuli, qui cum priore commiſſus eſt. Qui autem ad curationem ſtabuli inſtituuntur, nequeunt ex aula diſcedere niſi exorata à præfectis præ-

torio venia: ſi contra fecerint, officii privatione ab eis mulctari poſſunt. Qui miniſtrant corpori, à Rege ſolum commeatum petunt. Sic apparet non fuiſſe tunc temporis ſummum hippocomum: nam hic in hippocomos, aliaque hippocomiæ officia inſpectionem habet, in quibus numerantur agaſones & veterinarii, etiamque veterinariorum maximus, qui à Rege Carolo VII die quinto Septembris milleſimi trecenteſimi octuageſimi (ut relatum eſt in chartophylacium & fori Pariſienſis acta) jura habuit quamplurima in actis conſcripta ratione officii: inter cætera, neminem calcarium, galearum, ephippiorum, aut aliorum inſtrumentorum huc ſpectantium opificem, aut veterinarium Lutetiæ fore, niſi jus opificii redemerit à Rege: quod jus ex auctoritate Regis à primo hoc veterinario venditur. Hujus autem proprium munus eſt, ut equos tantum vectarios calceet, non autem alios. Subſunt hippocomo maximo Patres patrati & fæciales armorum.

8. *De ſummo venatore, & accipitrario Galliæ.*

Ioannes Tilius. Etſi Reges Galliæ inprimis

inprimis poſt omnem memoriam fuerunt ad venationem attentiſſimi, hæc duo tamen officia non ſunt vetuſta: nam horum Philippo tertio, Pulchro, & Longo Regibus nulla fit mentio; ſed tantum venatorum, accipitrariorum, ſaltuariorum, aucupum, perdices & lupos indagantium, ſagittariorum, & rerum omnium ad venationem aucupiumque pertinentium. Guilhelmus Gamachius (cujus culpa Rex Carolus VI à venatione ſæpe aberraverat) officio abdicatus venatoris ſummi, & Ludovvicus Aochinus ſuffectus eſt: cujus dimiſſionis nomine litigatum eſt inter ipſos decimo ſeptimo Ianuarii milleſimi trecenteſimi decimi quarti. Poſtea Gamachius magiſter ſummus & inſpector aquarum ſylvarumque factus eſt & ſubſtitutus in locum ejus Iohannes Cohelinus.

9. *De maximo præfecto Cubiculi Franci, Gall.* Le Grand Chambrier.

Ioannes Tilius. Hoc unum eſt è quatuor maximis Galliæ officiis, quæ ſubſcribebant & probabant Regum diplomata, Parium judiciis aderant, & ferebant in eis ſuffragia. Magnus hic præ-

poſitus curam habet Regis veſtium & ſupellectilis ejus: quamobrem neceſſe eſt officium hoc eſſe antiquiſſimum, & quidem ſummis Hippocomis & admiſſionalibus antiquius. forte autem propter eorum præſtantiam qui præpoſiti erant cubiculo, fuit inſtitutum, cum nollent Reges tantos viros in miniſteriis illis occupari, ut admiſſionalibus hæc cura committeretur. Ac propterea plerunque apud Latinos cubicularius magnum admiſſionalem ſonat: quod argumento eſt unicum in principio officium exſtitiſſe; præpoſitum vero cubiculo honoris cauſa, juris & emolumenti permanſiſſe, quamvis miniſterio careat. Nomina quæ iſtis tribuuntur hæc ſunt, primus nobilis cubicularius & veſtiſpex, ſive magiſter veſtiarii. Hujus præpoſiti officium à Rege eſt fiduciarium, cujus fiducia in vitam permanet. Qui primus eam ex gente Borbonia tenuit, fuit Ludovvicus primus Borboniorum Dux, dono Philippi Pulchri Regis: ſequentes Duces Borbonii non hæreditario, ſed in vitam permittentibus Regibus habuerunt. quam illa ſtirps continenter habuit donec Carolus II Dux Borboniorum obiiſſet, cum rex Franciſcus I viceſimo ſexto Septembris milleſimi quingenteſimi vigeſi-

vigeſimi ſeptimi, officium Carolo Duci Aurelianenſi filio ſuo minimo tribuit. Quo mortuo in Octobri MDXXXXV, hoc officium abolens adjunxit domui regiæ feuda, dominia, ditiones, cenſus, proventus, & juriſdictiones ad hoc officium pertinentes.

10. *De ſummo Cubiculario Franciæ, vulgo* Grand Chambellan de France.

Ioannes Tilius. Magni cubicularii eſt (prout in domeſticorum Philippi III, Pulchri, & Longi Regum recenſione narratur) jacere ad pedes Regis cum abeſt Regina. Atque ex eo factum eſt, quod cum Rex inſidet ſolio, magnus cubicularius ad pedes ſitus eſt: qui locus habetur honoratus valde. Servat geritque ſigillum arcanum Regis, aut eo abſente primus aut antiquiſſimus alter cubicularius. Quia cubicularius ſummus, aut eo abſente primi ſenioreſque ſervant ſigillum Regis, immunes ſunt (ut à ſecretis ſervus) à ſolvenda obſignatione diplomatum, prout declaratur edicto Caroli VI Regis decimo ſexto Ianuarii MCCCLXXXVI. Cum autem juriſdictione officia hæc careant; non tenentur clientelæ jure, ſed tantum

tum debent jusjurandum Regi. Fuit jamdiu primus Regis cubicularius, ut Caroli V Regis fuit, Buræus Riveriæ Dominus: quod officium cum dignitate ſummi cubicularii obtinuit Guiſius.

II. *De ſummo magiſtro, quæſitore & reformatore generali aquarum ſylvarumq; Galliæ.*

Ioannes Tilius. Ex edicto Philippi Valeſii Regis, facto Lutetiæ MCCCXXXVIII, Ioannis Regis, XXI Octobris MCCCLXIII, & Caroli VI, IX Febr. MCCCLXXVII, conſtat officium hoc nondum fuiſſe eo tempore inſtitutum, etſi à principibus fiebant aquarum ſylvarumque magiſtri. ultimo Caroli Regis anno Caſtilionæus cubicularius ejus ſolummodo præfectus erat ſaltibus regiis: duo autem alii regionibus Campaniæ, Briæ, Franciæ & Picardiæ; duo item Nortmanniæ: duo Ollonenſibus & Turonenſibus; unus denique in agris Navarreni Regis in Francia & Nortmannia. Itaque cum de hoc magiſterio lis in Parlamento orta eſt inter Comitem Tancarvillanum, Baronem Yovianum, & Dominum Gravillanum undevigeſimo Novem-

bris

bris & quarto Ianuarii MCCCCXV, generalis procurator Regis confirmavit neque officium illud eſſe, neque neceſſarium videri. Verumtamen decimo octavo Maii MCCCCXXVIII, Carolus Riveriæ Dominus in locum Guilhelmi Calmontenſis Guitriani Domini (quem Rex Carolus VII à munere hoc avocaverat) à Parlamento acceptus eſt, & Riveriano mortuo Chriſtophorus Harcortenſis; poſt hunc officium tenuit Ludovvicus Vallenſis Caſtilionis Dominus conjuncta facultate proſpiciendi vacantibus officiis ad aquarum ſaltuumque curationem pertinentibus: quam facultatem recepit Ludovvicus XI octavo Iulii MCCCCLXXXIII, & revocationem curavit in Parlamento promulgari. Summus hic magiſter Parlamento obnoxius, ratione ſui officii ſedit in ſubſelliis, atque ibi ſedit VVertius ſecundo Iunii milleſimi quingenteſimi vigeſimi quinti, in decreto quodam pronuntiando.

12. *De Gubernatoribus provinciarum pro Rege & vicariis generalibus.*

Ioannes Tilius. Gubernatores & vicarii generales Regis, præfecti provinciis,

vinciis, priſcorum Ducum & officiorum vices gerunt. Hi autem virium cauſa ſunt inſtituti, ut Provincias ſibi commiſſas in pace & tranquillitate ſervent, eas defendant armis cum à ſeditioſis popularibus, tum ab hoſtibus exteris, eas ac munitiones earum bene curatas & inſtructas teneant rebus ad defenſionem neceſſariis, judiceſque earum vi armata (cum opus erit) adjuvent: nam etiam facultas eorum à judicum facultate diſtincta & diſparata eſt; & quamvis fidem ſoli Regi præſtent, debet tamen eorum facultas à Parlamento conventus & Provinciæ cui præſunt accipi, legi, promulgari, & in acta referri. Nam quæcunque ſit hujus officii amplitudo, præſtantia, atque auctoritas, ea tamen lege admittitur ut nihil contra Parlamenti aut conventus ordinarii autoritatem conetur efficere. Etſi in multorum vicariorum codicillis habentur hæc verba: *Vt puniant & puniri curent omnes maleficos turbantes quietem Provinciæ, effractores & tranſgreſſores inſtitutorum mandatorumque:* quod ita accipiendum eſt, per ordinarios judices facturos, ſi rei erunt incolæ; ſin autem milites erunt ſive extranei, per extraordinarios. Itaque ſic ſtatuimus, viribus

quidem

quidem plenam auctoritatem ipſis, ſed ſine juriſdictione eſſe; quam ſi arrogaverint, minime ſuprema futura eſt: nam ab ipſis ad Parlamenta provocatur. Ad hoc demonſtrandum, non eſſe gubernatoribus juriſdictionem ſummam: hoc unum ſatis eſt, honorum codicillos à Parlamento ac conventu Provinciæ auctoritatem accipere: quod argumentum non mediocriter fidem ipſorum liberat, ut judices ſinant agere & fidem præſtare: nam profecto in reis damnandis minimum eſt delectationis, ut ex officio facias. Propterea laudandum eſt illud caput receptum in codicillis honorariis, ut gubernatores Parlamentum certoſve homines ex eo, aut aliis oppidorum corporibus collegiiſque cogant, qui utilitati conſulant. Hæc officia contra finitimos potius quam contra populares fuiſſe inſtituta conſtat, cum populares in pace, jure, viribus & autoritate facile contineri poſſint. Quamobrem gubernatores aut vicarii generales limitaneis tantum regionibus præerant, ut finitimum hoſtem obſervarent, & pro officio cuſtodirent terminos, intus vero officia ordinaria ſatis erat; cumque per ſumum gubernatores quidam intra regnum fuiſſent inſtituti, eos

ſuſtulit

ſuſtulit Rex Franciſcus I. VI Maii MDXLVI, vetans, ne qui generales ipſius vicarii dicerentur, præterquam gubernatores Nortmanniæ, Britanniæ, Aquitaniæ, Linguæ-Occitanæ, Provinciæ, Delphinatus, Burgundiæ, Campaniæ, Briæ, Picardiæ, inſulæ Francicæ, Breſſiæ, Sabaudiæ, & Pedemontanorum, quæ tres poſtremæ Provinciæ tum parebant Regi. Poſtea vero in provinciis interioribus gubernatores facti ſunt, quod fuiſſe opus oſtendit admiſſa illa quæ ſupervenit religio, cum diviſionis tempore omnes provinciæ ſint limitaneæ, bello civili periculoſiſſimo & damnoſiſſimo eas infeſtante, ut ab experientia cognoſcunt & vident omnes.

13. *De conſilio privato Regis.*

Ioannes Tilius. Hoc conſilium ſtrictum, ſecretum, aut privatum, deinde magnum dictum eſt: ſed memoria noſtra recepit privati nomen, ut diſcernatur à conſilio magno, quod Rex Carolus VIII inſtituit, ut interſit Cancellarius Galliæ, & certæ juris adminiſtrationi conſulat ex ſuffragiorum numero: poſtea vero quædam cauſæ ad conſilium hoc fuerunt ablegatæ, aut in genere, aut per tranſlativa diplomata,

mata,

mata, aut ſingularibus literis judicandæ. Vt autem pateat qui olim viri in conſilium privatum reciperentur, edicto facto MCCCXVI, à rectore Philippo Longo hi nominantur ad privatum conſilium pertinentes: nempe Comites, Valeſius, Eboracenſis, Marchianus, Ludovvicus & Ioannes Claromontani (qui poſtea dicti ſunt Borbonii) & Robertus Arteſius, Principes cognationis regiæ: Comites Sancti Pauli, & Sabaudiæ, Delphinus Vienneníis, Comes Burgundiæ, Dominus Marcollienſis, Conneſtabilis Galliæ, Noyeranus & Sallianus Dominus, Guilhelmus Harcortenſis Dominus Reinelli, Matthæus Trianus pater, duo Mareſchalli Galliæ, Herpinus Guerius, Archiepiſcopus Rotomagenſis, & S. Malonis Epiſcopus & Cancellarius Galliæ. Idem Philippus Longus Iulio MCCCXIX, mandavit in dies jus dici ab hoc conſilio: & ſingulis menſibus ubicunque futurus eſſet, cœtum haberi privati conſilii; in quo omnes poſtulationes de venia exoranda per menſem factæ inſpicerentur, & conſilium de iis ſtatueret: ſimiliter de familia Regis, Reginæ, filiorumque, & de ærario ad conſilium unoquoque menſe referretur, ad corrigendum ea quæ eſſent opus.

Idem Februario MCCCXX, mandavit ad juſtam rerum in conſilio actarum cognitionem librum confici diarium, in quem res in eo conſilio geſtæ monimentis dignæ ſemper referrentur: cujus libri cuſtodiam habuit Petrus Barrerianus ſcriba à ſecretis Regis, cui juſſit ſingula à præſentibus dictari, aut ab uno libellorum ſupplicum magiſtro ſi adeſſet, aut ab aliis, ut rerum quotidie in conſilio tranſactarum exſtarent documenta; & diſerte inſeri eorum nomina qui eo die interfuiſſent conſilio. Atque ne quid eorum quæ in conſilio conſtituta eſſent, differretur, aut oblivione ſepeliretur, & infectum maneret, juſſit Barrerianum, aut quiſquis diarii cuſtos futurus eſſet, ſingulis hebdomadis pro negotiorum multitudine venientem bis aut ter commemorare negotia conſiliariis, ut ea deciderent prout ex uſu fore videretur. Edicto Philippi Pulchri Regis cautum eſt, ne à judiciis decretis aut ſententiis à Parlamento ſolo aut conſilio privato & Parlamento latis (quod conſilium, tanquam Rex, appellat ſuum) nemini liceat provocare. etſi horum conſiliorum munera fuerunt ſemper inter ſe diſtincta: cum hoc conſilium ſpectet negotia publica ad univerſam regni

conſtitutionem pertinentia, ut Regi de iis conſulat: & quicunque ad conſilium illud adhibentur, non ex officio, ſed ex delegatione interſunt huic conſilio. Quando judices partibus inter ſe contendentibus non potuerunt ſatisfacere propter conditionem perſonarum cauſarumque, nonnunquam placuit Regibus eas controverſias à conſilio privato & Parlamento ſimul judicari: cui cœtui aut deciſioni Reges interfuerunt. Exſtant judicia eodem tempore facta à conſilio privato ſolum: in quo ſi quando aguntur cauſæ ad jus civile pertinentes, ſolent conſiliarii (qui in eo conſeſſu pauci ſunt tenentes & periti judiciorum) à Parlamento conſilium petere. Ex hac conſilii utriuſque congregatione ortum eſt, quod qui à conſilio privato ſunt, aditum & jus deliberationis in Parlamento habuerunt: quod ante non habuerant, niſi præſente Rege, qui honorem quibus vult & autoritatem tribuit. Rex Henricus II Februario MDLVI declaravit edicto, acceſſum & ſententiæ dictionem in Parlamento, cum ad conſilia, tum etiam ad lites, hominibus privati ſui conſilii liberam eſſe: ſed expoſtulante contra Parlamento, ſingulari diplomate dictum eſt, ad eos

tantum qui judices fuerint, acceſſum hunc dictionemque ſententiæ pertinere. Hactenus Reges Ludovvicus XI, Carolus VIII, Ludovvicus XII, & Franciſcus I, donec ab Hiſpania revertiſſet, privatum ſuum conſilium in tres ordines diviſerunt: primum ad rem militarem & negotia publica, alterum ad ærarium, tertium ad jus dicendum; quorum ordinum cuique homines inerant lectiſſimi ad officium perfungendum & defendendum idonei. Conſilium privatum anno MDXXV de integro fuit adunatum, itaque confuſa negotia: nam periti ærarii, imperiti ſunt juris & Reipublicæ, & multi conſilio interfuerunt qui ea de cauſa numerus in conſilio erant.

Bodinus. Antea quidem Curia Pariſiorum hujus imperii Senatus erat, ſed cum litibus judicandis occupari placuiſſet, nec facile ab urbe diſtrahi poſſet, Reges conſilium illud, quod quia res magnas ſub Carolo VII tractabat Magnum dictum eſt, inſtituerunt; cum autem rurſus litibus extra ordinem diſceptandis lege Caroli VIII implicaretur, ac multo magis Ludovico XII Rege, qui Curiam XX judicum conſtituit, Franciſcus major Rex Conſilium illud magnum ab arcanis Imperii ſummovit;

movit; cum aliud conſilium ſelecto-
rum Principum & amicorum ſibi
comparaviſſet, quod familiare latinis,
noſtris hominibus privatum dicitur.
Mortuo Franciſco, Henricus filius a-
liud quoque Conſilium quæſivit, quod
quia paucorum hominum eſſet, angu-
ſtum ſive ſtrictum appellarunt. Po-
ſtremo cum familiare ſeu privatum il-
lud conſilium Senatorum multitudine
redundare videretur: Henricus tertius
aliud conſilium inſtituit, quod quia de
Reipub. ſtatu non de litibus conſu-
lendum eſſet, conſilium Status placuit
appellari. Præterea neceſſe fuit, cubi-
cularium conſilium haberi, in quo
Rex à cubili exſurgens, ea quæ in Sena-
tu decreta ſunt, juberet aut vetaret;
illic Principum litteræ referantur, le-
gationes referuntur, mandata expli-
cantur. Omitto conſilium Tribuno-
rum ærarii quod ab Henrico II inſti-
tutum eſt, ac rationum magiſtris ſen-
ſim ereptum.

14. *De Equitibus regii ordinis, & Statu Equitum.*

Ioan. Tilius. Principes etiam am-
pliſſimi cum ipſi tum ipſorum poſteri
ordinem Equeſtrem obeunt, quia

 ſignum

ſignum eſt aculeuſque ad ſtrenue agendum, & rei bellicæ, virtuti atque honori incumbendum. Reges ultro demittunt majeſtatem ſuam, ut ſtrenuorum & potentiſſimorum ſubditorum ſuorum collegium & velut fraternam neceſſitudinem ineant, virtutis laudem incertis fortunæ commodis anteponentes: & tum ipſi ad idem vinculum Principes ſuos exteroſque advocant, tum ab illis amicitiæ ergo advocantur ipſi. Vt autem fiant Equites, eligunt ſtrenuiſſimum aliquem è ſuis Equitem cujus manu accipiant inſignia. Ita rex Franciſcus I factus eſt ducis Bayardi manu. Rex Ioannes inſtituit ordinem Equitum virginis Mariæ: cujus ordinis præcipuam ſedem fundavit in domo nobili S. Ovanii ad Dionyſianum (quæ palatium Clichianum olim dicebatur) menſe Octobri MCCCLII, quam domum donavit omnibus publicatis bonis & ſportulis futuris; adjecitque ſtellam & figuram S. Virginis, quam illi Equites geſtarent. Secunda familia Andium quæ regnum Siciliæ tenuit, Ioanne Ioviano teſte, ſignum ordinis equeſtris in brachio habuit, creſcentem lunam argenteam. Hi Equites ſocii eſſe omnis fortunæ periculorumque inter ſe tenebantur, amici certi, adjutoreſque in

omnem neceſſitatem, neque armis poterat alter alterum infeſtare. Ludovvicus Francus Dux Aurelianenſis, frater Caroli VI Regis, inſigne ſui ordinis habuit hyſtricem. Bonus Dux Philippus Burgundiæ anno MCCCCXXIX, primum inſtituit ordinem velleris aurei, quem ſervavit Carolus V Cæſar & filius ejus Hiſpaniarum Rex. Ludovvicus XI Rex ordinem inſtituit S. Michaëlis, qui adhuc in Gallia dúrat, à ſtirpe Aurelianenſi (quæ regnum percepit) conſervatus; cujus inſtitutio & leges mandatæ ſunt typis. In iis autem legibus habetur una, ut ſinguli Equites quotidie miſſam audiant: quo nomine junior Dux Saxoniæ confeſſionem Auguſtanam amplexus, ordinem ſibi ab Henrico II Rege oblatum recuſavit, & laudata eſt ipſius excuſatio. Maximam ſuo ordini exiſtimationem compararunt Reges Galliæ, quod Principibus tantum aut viris rei militaris peritia celeberrimis, ac non omnibus eum communem eſſe voluerunt. Cum Reges Galliæ, filii, aut fratres fiebant Equites, ſolennitates plurimæ obſervabantur; ubi Reges inſidebant coronati, & publicum omnibus epulum exhibebant. Ante hos ordines inſtitutos, docet Ionvillanus in S. Ludovvici vita,

Regem illum, cum Alphonſus frater Pictonum Comes, & Druidenſis Comes equeſtrem ordinem acciperent, ſolenne epulum habuiſſe Salmurii, tam magnifico apparatu quam videri unquam potuerit, rebus omnibus opibuſque circumfluentibus. Atque hæc una eſt ex cauſis quatuor, quibus pro conſuetudine ſubditis regalis dominii Vaſſaliſque indicitur penſitatio: ex quo apparet fuiſſe in ſolennitate hac ſumptus aliquos ex uſu & conſuetudine. Priſci autem Franci (qui formulas & ceremonias in rebus plurimis obſervabant, ut lex Salica teſtatur) inſtituendis Equitibus multas adhibuerunt, ut prius vigilarent diu, balneiſque & aliis rebus uterentur: quibus docebant, qui ordinem hunc ſuſcipiunt, eos corde animoque mundo & honeſtis conditionibus venire oportere, virtutis cauſa omnes labores & difficultates ſtrenue perferre, prudentia in ſermone & operibus uti, inprimis vero fidem veritatemque colere: quarum ceremoniarum uſus memoria noſtra perſtat in Anglia, qui viros ejuſmodi vocant balneorum Equites. Antequam ordines Equitum à Rege Carolo VII fuiſſent in regno diſpoſiti, duo erant Equitum genera; vexillarius, qui vaſſallos

ſuos habebat elato vexillo; & baccalaureus, qui ſub alieno vexillo procedebat. Fiebant olim Equites ante irruptiones & prœlia: quæ conſuetudo ideo obtinebat, quod eos hac re animatos officium magis facturos cogitarent, & ſi morerentur equeſtrem honorem habituros. Equeſtris dignitas juſtam nobilitatem à patre arguit. Literæ Equeſtris ordinis nobilitatem confirmant, & ab ignobilitate vindicant.

Vincentius Lupanus. Præclarum illum morem ut proceres torque aureo inſignirentur, à Romanis ad Francos traduxit Ludovvicus XI, cum Calendis Auguſti, anno milleſimo quadringenteſimo nono & ſexageſimo, Ambaſiæ ordinem divi Michaëlis inſtitueret. Initio vero fuit cohors quædam triginta ſex regni procerum, inculpatorum equitum, dicta à divo Michaële ſocietatis præſide, cujus ipſe Rex κορυφαῖος eſt: quibus mos eſt geſtandi quotidie conchiliatum torquem ducentorum aureorum: quem donare, vendere, oppignorare fas non eſt. Qui porro huic ſodalitio nomina dant, in verba Principis adiguntur: quo neminem moveri conſtat, niſi hæreſeos aut proditionis reum peractum, aut ſigno-

rum deſertorem. Quando vero agebatur de aliquo in demortui locum eligendo, non ſuffragiis, ſed tabulis (*βαλοτὰς* Veneti vocant à verbo Græco *βάλλειν*) electio fiebat: quæ obſignatæ in pelvim conjiciebantur: quibus à Cancellario numeratis, qui plures tuliſſet, in collegium cooptabatur, hac verborum formula à Principe prolata: *Te Ordo fratris* (ita enim viciſſim ſeſe appellant) *& ſodalis loco habet, eaque ratione te torque hoc donat. Faxit Deus eum diutius geſtes.* deinde in perpetui amoris teſtimonium, ſingulos exoſculatur, iſque mos fuit in collegium ſodales allegendi. Itaque ſuus eſt huic ordini Cancellarius, Theſaurarius (ut vocant) Caduceator (cui à divo Michaële nomen) & Scriba qui equitum præclare geſta literis & memoriæ perpetuæ mandaret. Moris vero Regibus, munus hoc etiam in externos Principes conferre, in honoris & benevolentiæ indicium: qui, ſi eorum hoſtes velint ſe profiteri, per internuntios illis torquem remittunt, ut omni ſacramenti religione ſoluti, alteri Principi ſtrenuam operam navent.

Thuanus lib. LXVIII. ad annum CIↃ IↃ LXXIX. Apud nos Rex, quo erat ingenio,

ingenio, vetera faſtidiens & novarum rerum ſemper cupidus, obſoleſcente conchyliato ordine, ob communicatum promiſcue indignis hominibus jam à multo tempore hunc præcipuum nobilitati & militaribus meritis honorem debitum, novum Equitum collegium à ſe inſtitutum ac nomine S. Spiritus nuncupatum ſolemni luſtratione celebravit. Centenario numero abſolutum collegium, in eo comprehenſis Rege Ordinis principe, IV Cardinalibus, IV Antiſtitibus Eccleſiaſticis, magno Eleemoſynario, Cancellario, præfecto cæremoniarum, magno Theſaurario, Graphiario, Feciali, Oſtiario. Commendatorū nomine dicti Equites, quod ab initio conſtituiſſet Rex ex opimioribus cœnobiis detractis ampliſſimis vectigalibus Commendas ad Hiſpanienſium exemplum creare, conſilio ante quadriennium à Cardinali Lotharingo ſtatim, atque in regnum venit, ſumto, qui ea ſpe id conſilii Regi dederat, ſicuti jactabatur, ut cum opimiora regni, quæ vocant, beneficia regum liberalitate poſſideret, ea veluti familiæ ſuæ propria per Commendas faceret, idque illi ante mortem à ſacro ordine & ab amicis per literas exprobatum fuerat, poſtea eo

mortuo Rex apud Pontificem crebro perOratores ſuos egit,ut cœnobiorum bona Commendis illis authoritate ſua interpoſita attribui pateretur: nam eum ordinem ad Religionis Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ amplificationem & Sectarii veneni exſtirpationem inſtitutum eſſe; idque Equitum præcipuum jusjurandum eſſe; quod cum reclamante ſacro ordine impetrare non potuiſſet, nomen nihilominus manſit,& Equites S. Spiritus commendatores ſtatutis de eo ordine Decembri proximo promulgatis appellati ſunt; ut ex eo, quid Regi ab initio conſilii fuerit, poſteris conſtet, videantque ac caveant, qui poſt nos erunt, ne, quod ab ipſo tunc fruſtra tentatum eſt, ſub ſucceſſoribus exitum aliquando ſortiatur.

15. *De Præfecto prætorio Regis ſive Rege Ribaldorum.*

Ioann. Tilius. In domeſticis Regum conſtitutionibus, fit mentio regis Ribaldorum, officii domeſtici, quem ſemper oportebat ſtare extra portam prætorii; ſic autem appellatur, quia jam tum homines perditi Ribaldi, ut Ribaldæ mulieres puellæque perditæ voca-

vocabantur. Regis nomen ſuperiori aut judici tribuitur: quemadmodum magnus cubicularius rex mercatorum dicitur, & baliſtariis aliiſque ſui ſunt reges. Iſtius regis officium fuit, ut de criminibus in comitatu Regis extra prætorium commiſſis judicium faceret: nam quæ intus fiebant, de iis proceres & alii magiſtri prætorii cognoſcebant. Huic regi ſervi aut adminiſtri erant ad vires & functionem juſtam, quibus non erat jus ferendi virgas in prætorio & juriſdictione eorum qui præerant libellis ſupplicibus prætorii: hi enim ſedebant olim ad portam prætorii ut poſtulata & querimonias exterorum audirent. Quod autem in decreto Pentecoſtes MCCLXX ſcribitur Poincartus præfectus Ribaldorum, hoc de vicario intelligendum eſt Ribaldorum Regis: nam poſt multos annos XXII Februarii MCCCLXXXIII, in decreto ſecundo Ioannis qui Pulcher Ioannes dicebatur, primus in hoc officio eſſe Rex Ribaldorum dicitur, qui poſtea mutato nomine, regnante Carolo VI, præfectus prætorio Regis legitur appellatus. Hujus ſubſunt juriſdictioni puellæ meritoriæ ſequentes aulam, quæ toto menſe Majo tenentur cubiculum ipſius inſtruere. Hujus adminiſtri

miniſtri tunicas geſtant Phrygionicas, inſignitas gladio. Hanc dignitatem diu obtinuerunt nobiles viri inſignibus familiis & officiis celebres; quorum au-ctoritas familias Principum, Proce-rum, & aliorum Regis aulam perſe-quentium continebat, ut vitam bene inſtituerent, ac non fraudarent hoſpi-tes: quam ad rem viri boni etſi ſtu-dium & diligentiam maximam in pu-niendis improbis & licentioſis homi-minibus conſumpſerunt, non potue-runt tamen aut ita ſunt auſi proſpice-re, ut faciebant illi: nam corrupti mo-res graviorem remediis adhibendis au-ctoritatem quam antea poſtularunt. A ſententiis præfecti hujus in civilibus cauſis ad Parlamentum appellatur, ut ex ordinariis illius ſcripturis apparet.

Hic hodie dicitur *Prevoſt de l'hoſtel du Roy.*

Vincentius Lupanus. Quanam ra-tione & tempore tranſlata ſit omnis poteſtas ab Oeconomis regiis & Ribal-dorum Rege in Iudicem Prætorianum, non reperi, tametſi hunc magiſtratum gerentes ea de re ſim percunctatus di-ligentiſſime. Itaque ab hoc judice, per-petuo aulæ aſſecla, in civili controver-ſia olim ad Curias ſupremas, nunc au-tem ad conſilium aulicum (Magnum

noſtri vocant) provocatio eſt, in capitali vero minime. Habet quoque Legatos duos, & apparitorum ſtipatorumque magnam catervam: quibus ſagum perinde ac ſpiculatoribus regiis contextum eſt bracteis argenteis. Præterea ad ipſius curam nunc pertinet, ut in aulico comitatu panis, vinum, caro, avena, & fœnum ad alendos equos juſto pretio veneant.

16. *De Officiis Domeſticis Regis Reginarumque, item filiorum & filiarum ipſorum.*

Vincentius Lupanus. Archippocomus, ſeu malis, Hipparchus, primariæ eſt auctoritatis apud Regem: cujus ſint partes, Regi equum aſcenſuro, vel ex eo deſcenſuro, auxiliatricem manum præbere, eique enſem & balteum liliatos præferre, ut olim ſcutum (quod nominis nomenclatura oſtendit) idque in magnifico apparatu fieri ſolitum eſt: Atque edicto regio ad eum cura pertinet collocandorum per ſtathmos & manſiones curſorum veredariorum Ludovici XI inſtituto. (quorum primum inventorem Cyrum dicunt. poſtas appellant, quaſi in certis locis poſitos equos) ſoletque id munus

ei mandare quem vocant Contrarotulatorem poſtarum. necnon caduceatoribus (quos in verba legitima Principis adigere ſolet) curſoribus & hippocomis (voce etiam à Iuſtiniano uſurpata) præeſt (unde Magni nomen habet) qui veluti fiduciariam ab eo curam habent regii equitii ſive hippotrophii (Haraſum vocant) cum tamen ejus fidei inprimis & equi & arma commiſſa ſint.

Idem. Cubiculariorum apud nos non unum genus: honeſtius tamen quod Proceribus conſtat, Nobiles cameræ hodie, olim Chambellani dicti: quibus calceandi & amiciendi Principis cura eſt, & rectæ jus in aula regia. Menſam Chambellanorũ etiam nunc vulgus appellat. Ex eorum numero ſe fuiſſe ſcribit Philippus Cominius Argentonus. Reliquorum non poſtremus gradus eſt dignitatis. famulos cameræ vocant (tanti ſemper æſtimatum fuit Regi in cubiculo miniſtrare) quorum prope infinitus numerus. nam quidam tantum nomenclaturam habent.

Priores illi Gallis *Gentils hommes de la Chambre du Roy*, poſteriores *Valets de Chambre* dicuntur.

Idem. Nihil plane ſibi reliqui fece-

runt

runt Reges Franci, ut ſe ſumptis inſignibus regiis auguſtiores facerent. additi enim ſunt è nobilitate Francica honoratioris comitatus & cuſtodiæ cauſa, centum machærophori anteambulones, qui Regi adeſſent: hiſque ſuus præfectus datus. Primo itaque centum à Regibus inſtituti: unde adhuc nomen ſervant. verum poſtea centenariæ illi turmæ centum alii adſcripti, addito quoque Præfecto. tamen propter numeri integritatem appellandique compendium, centum etiam hodie dicuntur: qui pro inſigni haſtam gerunt, quam beccum Falconis vocitant noſtrates, antiqua Gallica etiam voce, quæ roſtrum ſignificat.

Idem. Reges Franci adverſus hominum vim & injuriam, præter jam à me dictam cuſtodiam, domi armatis hominibus, hiſque fidiſſimis ſe munierunt. Thyrophylacas appellant, quod ad palatii portam perpetuo ſtationem agant: quibus, ut à doryphoris dignoſcantur, ſaga ſunt clavibus prætexta, eademque arma geſtant: & his ſuus Præfectus eſt. Capitaneum portæ vocant (quod hiſce ad limina cuſtodibus præeſt) quem tu Archithyrophylacem appellare potes.

Ioann. Tilius. Domeſticorum privi-

legia jam à nobis ſubjicientur. Quinque bullæ Clementis VI Papæ datæ duodecimo calendas Maii, anno Pontificatus IX. MCCCX, quæ habentur in chartophylacio Regis camerata arca, cui intus inſcribitur, *Bullæ Papa'es quamplurimæ*. Harum prima diſpenſatio eſt, Capellanos & Clericos comméſales Regum Reginarumque Galliæ, etiam religioſos, officium dicere & celebrare poſſe ex uſu Pariſienſi; nec teneri aliter dicere, niſi diebus multis reſederint in loco ſui beneficii qui uſum alterum habeat. Secunda eſt, Clericos Capellanoſque ſacellorum Regum Reginarumque, & alios domeſticos ac familiares Clericos non teneri, niſi videatur ipſis, delegationes ex delegatione & mandato ſedis Romanæ accipere. Tertia, non poſſe Capellanos & Clericos Regum Reginarumve propter communicationem aut participationem aliquam cum excommunicatis vel immorigeris graviore excommunicatione aut interdictis puniri, niſi criminis ipſius ſint participes proptēr quod ſontes fuerint excommunicati. Quarta, Capellanos & Clericos Regum Reginarumque agentes in eorum miniſterio, poſſe magnos fructus ſuorum beneficiorum percipere, & diſpenſari dum

dum in hoc miniſterio ſunt, ne in beneficii locis reſideant. Quinta exequutoria, Capellanos & Clericos Regum Reginarumque magnis beneficiorum ſuorum fructibus uti, quamvis in priore loco non reſideant ubi ſolebant reſidere. Immunitas à Rege Carolo VI attributa officiis domeſticis Regum maximorumque filiorum Delphinorũ, cum approbatione anno MCCCCXI, in chartophylacio, loculo *Subſidia*. Immunitas ab indictionibus ſubſidiariis omnibus, attributa domeſticis Regum officiis de prædiorum ſuorum fructibus. Decretis Parlamenti ſub diem Martini factis MCCCXVIII omnes domeſtici Regis adminiſtri pronuntiantur immunes ab omnibus commeatuum vectigalibus, quos ad neceſſitatem & uſum ſuum apportari curant. Edictum Regis factum III Decembris MCCCCVIII, ut qui adminiſtri viginti annos aut amplius miniſtraverint, vacantes à miniſterio ſtipendia tamen habeant. Declaratio Franciſci Regis, domeſtica matris ſuæ officia iiſdem, atque ſua, uti privilegiis; facta penultimo Septembris MDXXV. Immunitas ab evocata & ſub evocata militia conceſſa à Rege Officialibus Reginæ Navarrenæ. Declaratio ejuſdem, Officiales domeſticos &

commenſales ſuos ab omnibus tributis, indictionibus, penſitationibus, etiamque canone in quinquaginta pedi-tum millia præſtando immunes eſſe.

Ioan. Tilius. Domeſticis conſtitutionibus Philippi tertii, Pulchri & Longi Regum magnus eleemoſynarius confeſſionariuſque Regis habuerunt quiſq; in Regis prætorio cubiculum: quo in prætorio quatuor tantum habebantur habitationes, præter eas quibus majeſtas regia utebatur. In cauſa hujus habitationis fuit, quod Regibus interdiu & noctu placuit adeſſe maxime proxime eos qui animis ipſorum propter repentinos caſus miniſtrarent: quamobrem duo hæc officia pro muneris ratione ſummo in pretio olim habebantur, cum ejus bene perfuncti utilitas tam ad Remp. ex eo quam ex alio ullo perveniret. Iurabat magnus eleemoſynarius ſe nihil niſi juſtum, miſericors, & ſine fumo petiturum à Rege: ut habetur in edicto Philippi Pulchri Regis facto in Vincennarum ſaltu, deſinente Ianuario MCCXC. Edicto Philippi Longi facto Biturigibus x Nov. MCCCXVIII, proceribus ſingulis interdicitur ne Regem, dum miſſam audit, interpellent, præterquam Confeſſario; qui cum Rege de iis rebus ſolum poteſt agere quæ ad con-

conſcientiam & ſalutem animæ pertinent, abſoluta Miſſà, antequam Rex diſcedat ab oratorio ſuo, de beneficiis in alios conferendis, ac non de altero argumento: ſimiliterque magnus eleemoſynarius poſtMiſſam in oratorio de eleemoſynis Regem compellandi jus habet, quia Rex miſſæ tempore in orationem & meditationem cœleſtem incumbit. Altero edicto Philippi Longi rectoris facto ad S. Germanum Layanum Iunio MCCCXVI, dicitur confeſſarius jus habere imperandi ut codicilli beneficiorum exarentur; ſimiliterque eleemoſynarum codicilli eleemoſynarius, ut poſtea ſubſcripti obſignentur.

17. *De Cancellario.*

Vincentius Lupanus. Cancellarii ea eſt apud Regem authoritas ut eum ſoleat in rebus omnibus ad Rempublicam pertinentibus veluti Apollinem conſulere; unumque illud apud nos virtutis eſt præmium. Hujus noſtri ſunt partes, dare operam diligenter, ne quod reſcriptum, edictum, decretum, contra jus Reipublicæ impetretur, quod ſi præſenſerit, tranſverſa linea circunducere vel conſcindere. cancellare vocant: unde illi

Cancellarii nomen eſt: tametſi Latinum non ſit, quemadmodum nec cancellandi, licet hujus nominis frequens ſit uſus Iuriſperitis, ipſique Vlpiano, Paulo, & Scævolæ. Cancellarium quoque Livius Gallicus, Paulus Æmilius, Iuris præfectum appellat, aliquando Iuriſconſultum. Apud Venetos Cancellarius ſecretioribus notis apud Senatum præeſt, ſed non tantæ auctoritatis. hic enim unicus eſt (ut ita dicam) *βασιλέως ὀφθαλμὸς ϗ οὖς*, atque morum legumque regimen, & Principis in re judiciaria & iis quæ ad regnum conſtituendum pertinent Legatus, aulicique conſilii facile primus: cui mos eſt, ſignum illud ſanctius apud ſe habere, quo diplomata cera ſignat: in quo Principis imago imprimitur. Solet vero in Cancellariatus interregno à Rege Procancellarius creari, qui Cancellarii munia obeat. Cuſtodem ſigillorum appellant, quod illi Rex ſigilli, quo publica monumenta ſignat, atque omnium rerum ſummam credat. Denique ad tantum honorem gradatim aſcenditur. vidimus enim aliquot, qui cum ſumma cum laude in advocatorum ſubſelliis verſati eſſent, ad fiſci cognitionem pervenire, qui primus eſt honorum gradus, deinde vel libellis præfici, vel in

primo conſeſſu Curiæ Pariſienſis Præſides creari, poſtremo ad ſummam togatorum magiſtratuum dignationem conſcendere.

Thuan. lib. VI. Lege Regni non niſi ad mortem damnatis aut alioquin peractis & convictis reis magiſtratus ille adimi non poteſt.

Botereus lib. XII. Procancellarius ubi renunciatus eſt, annulum Regis (ſigilla vocant) penes ſe habet, jus dicit, reſcripta expungit, &, unde nomen, ubi minus æqua ſunt, cancellat, ſolius nominis ſplendorem retinet Cancellarius, ſolutus omnibus negotiis.

18. *De magiſtris Requeſtarum.*

Vinc. Lupanus. Si quis diligentius conſideraverit Præfectorum libellorum auctoritatem, eos reperiet ſummo apud nos in honore fuiſſe, atque facile primum locum poſt Cancellarium obtinuiſſe in re judiciaria. moſque primum fuit porrigendi libellos Regibus, cum jura reddebant: deinde cum variis negotiis diſtricti eſſent (ut fere propagatis regni finibus curæ augeſcunt) factum ut ſemel menſe poſtulationibus vacarent cum prudentum conſi-

 lio,

lio, quorum maximum numerum habebant. quod ſi leviores viderentur, eis ſubſcriberent: ſin graviores, de eis ad juriſperitos referrent qui ibi aderant. Demum divitiæ animos luxumque auxere: & eo tempore Rex rem totam judiciariam Cancellarii fidei permiſit, qui, exoriente tot cauſarum multitudine, aliena opera cœpit indigere (ut ſemper animus hominum in diverſa tractus, minime ſuum officium facit) duoque creati qui non, ut nunc, magiſtri libellorum dicerentur: quibus à Principis aula abeſſe non liceret, & Cancellarii aſſeſſores eſſent. Poſtea ſancitum à Philippo, ut in Curia quinque adeſſent, nempe tres ſacerdotes, & laici (ut vocant) duo: quibus una Curiæ claſſis conſtabat. deinde auctus uno numerus: quo etiã tempore Magiſtri Requeſtarum dicti ſunt. Poſtremo duo additi: quibus omnibus jus eſt cenſendi & ſedendi in primo tribunali Curiæ, proximo loco poſt Præſides, eiſque officiorum cognitio attributa, & earum controverſiarum quæ ab iis intenduntur, qui in comitatu Principis officio funguntur: à quibus ad curiam provocatio eſt. Hoc magiſterio libellorum Franciſci Regis liberalitate donatus eſt Gulielmus Budæus

dæus Galliæ ornamentum ex cujus verbis potius quam meis malo lectorem intelligere, quænam ſint ipſorum partes. Collegium (inquit in epiſtola quadam ad Deſiderium Eraſmum) Octovirorum eſt, quorum functio atque opera latiſſime in Republica patet. ſiquidem in præſtantiſſima fere quaque parte magiſtratuum, locum primarium ac numerum obtinet hic magiſtratus: in quem beneficio Principis adoptatus ſum. Primum in magno Principis conſilio, in Curia centenaria, atque in omnibus denique Curiis ſummis quæ cauſarum ultimam diſceptationem habent, ſedendi honeſtiſſimo loco, & ſecundum Præſides, jus habet, niſi ſi Princeps aut Pontifices adſint. ſententiæ etiam dicendæ locum antiquiorem obtinet omnibus Conſiliariis. Magnum autem Conſilium vocatur Curia aulæ comes: quam, velut cohortem quandam Iuriſconſultorum, aſſeclam Regiæ & Prætorii dicere poſſis, cujus coryphæus eſt Cancellarius, ὁ νομοφύλαξ. Hujus tamen Octoviratus præcipuæ & antiquiſſimæ partes ſunt, ut Principi præſto ſint collegæ è cubiculo prodeunti poſtulationibuſq; ſupplicum

vocaturo: cujus officii vices in orbem binis & ſæpe ſingulis cedunt, cum alioqui ordinariam ſeſſionem habeamus in illa æqui & boni (ut ita dicam) officina, quam Cancellariam noſtri vocant: in qua locus dicatus eſt diſceptandis reſcriptis principalibus, quæ ex bono ipſa æquoque poſtulari ſolent adverſus juris ſummi exactique ſeveritatem. quibus reſcriptis accedunt preces eorum ſupplices qui in legem Corneliam de ſicariis quidpiam admiſerunt, aut alias capitalem rem adverſus leges auſi ſunt: quibus veniam regiis verbis dare ſolemus, pœnam ſuppliciter deprecantibus, ſiquidem venia ac miſericordia digni eſſe videantur: Regias autem venias dare poſſumus & bini & ſinguli, ſi ſingulos noſtrûm ſedere contigerit: quod quotidianæ eſt functionis in hac urbe & ad aulam in ædibus Cancellarii.

19. *De Parlamentis regni.*

Vincent. Lupanus. Primum Reges Franci, ut omnium ſibi animos conciliarent, jus dicere ſolebant, & orbos liberos, viduas, tenuiores à potentiorum injuria liberare: quod ſæpe Carolum VIII feciſſe legimus. Poſtea Reges à juriſdictione abſtinuere: & Pipinus

proceres

proceres dijudicandis controverſiis convenire ſtatuit nullo certo aut tempore, aut loco, nunc ad natalem divæ Virginis, nunc alio tempore, idque conventuum modo. Poſt quotannis iſtiuſmodi judicum concilium cogebatur. Deinde, cauſarum creſcente multitudine, bina Parlamenta haberi cœpta ſingulis annis. Poſtremo à Rege Philippo Pulchro vel (ut Gaguinus ſcribit) Huttino hujus filio, Curia quæ vaga fuerat, Lutetiæ Pariſiorum domicilio locum accepit, quam Regiam Clodoveus ſibi elegerat. tum quoque baſilica extructa ab Engerrano Marignio, ſummo fiſci Præfecto, & Longævillæ Comiti, in inſula fluminis Sequanæ, ubi judicum illæ claſſes coguntur: ac Parlamentum illud Supernorum Iudicum collegium dictum: cui nomen à verbo Francico *parler*, ut huic à παραλαλεῖν derivatio eſt. Atque anno milleſimo trecenteſimo ſecundo (in annorum tamen numero variatio eſt) Parlamentum Lutetiæ & Toloſæ inſtitutum, ut quidam exiſtimant. Curiæ ſupremæ tanta eſt apud Francos auctoritas, ut prope Senatus Romani ſpeciem habeat, Regeſque bellum ſuſcepturi auctorem fieri Curiam velint, & in ejus acta referri omnia ad

Rempublicam pertinentia: apud quam edicta recitantur, quorum nulla ratio prius habetur, quam in ſupremo illo conſeſſu promulgata ſint. Atque in Curia ſumma in verba Principis adiguntur Magiſter equitum, maris Præfectus, Tribuni militum, provinciolarum Præfecti, & Iuridici, codicillique magiſtratus recitantur, aſſenſu cognitoris regii. Quinetiam judicandis privatorum cauſis ipſa nullis legum formulis adſtricta eſt, ſed ex æquo & bono judicare ſolent ipſius Curiæ conſcripti: Curia quoque inquirendis criminibus & judicandis præeſt, eique ſtandum quod ab ipſa definitum fuerit: cujus ſententiæ Areſta dicuntur, à quibus ad Principem moribus noſtris non provocatur, ſed regio edicto licet erroris ſpecie Areſtum in diſquiſitionem revocare. Primiſque temporibus unicum fuit ſupremum tribunal, ex variis hominum generibus coactum, duodecim Franciæ primoribus, regni proceribus, antiſtitibus, Iuriſperitis. ipſi tamen antiſtites Curia pulſi, ut ſacris vacarent, præter Divorum Dionyſii & Germani Abbates. Creſcente porro cauſarum multitudine collegium illud in varias claſ-

claſſes vel decurias diviſum eſt: In prima claſſe conſtitutione primum Philippi, & multis annis poſtea Caroli Septimi, quindecim laici (ut vocant) & totidem ſacerdotes fuere, non numeratis quatuor Præſidibus, veluti prohedris & moderatoribus: quibus in rogandis ſententiis à Conſiliariis aſſurgi conſuevit, atque ab omnibus, cum Curiam ingrediuntur præeuntibus apparitoribus aut ea egrediuntur. Iſque honor apud nos non niſi jam longo uſu forenſi exercitatis mandari ſolet gratuita Principis munificentia. Itaque ipſe Curiæ decurio cum jus dicit, nemini præterquam Regi honore ſedendi cedit. Secunda inquiſitionum decuria ſacerdotibus quatuor & viginti, & ſexdecim vulgo laicis vocatis conſtat, quæ in tertiam ſubdiviſa eſt à Carolo Septimo: quarum cuique additi Præſides duo. Quarta à Franciſco Rege conſcripta (novam appellant) atque quinta, quam Domanii claſſem dixere, quod ad eam provocatione cauſæ canonariæ devolvantur. Sexta eſt libellorum Magiſtrorum, quæ ante ampliatum numerum tertiam ſedem ſibi vendicabat: de qua jam à me pluribus. Septima

Recuperatorum palatinorum, qui cauſas judicant miniſtrorum regiorum, conſiliariorum, advocatorum, cognitorum, ſodalitiorum aliquot, Pontificum, Curiæque apparitorum: à qua, atque à ſexta, ad primas illas ſummæ juriſdictionis claſſes provocatur. Fuit vero tempus quò Curia centenarium numerum non expleret, additis duodecim Franciæ primis & octo libellorum præfectis: at Franciſcus Rex numerum auxit adſcriptis hiſce majorum gentium Conſiliariis, primo viginti, deinde duobus & triginta, & in eas (ut diximus) decurias diviſis. Franciſco vita functo Henricus illam Conſiliariorum turbam ad numerum priſtinum redegit, atque ut viam præcluderet per gratiam & præmia tantam dignitatem ambientibus, non niſi probatos & doctrina & moribus, quique trigeſimum annum attigiſſent, in Curiam cooptari ſtudioſe cavit, non ſine antiquorum exemplo. Demum ſolenne eſt XIX Calend. Septembris juſtitium indicere, Principis diplomate, quod pridie Idus Novembris remitti ſolet: quo die cauſarum patroni & cognitores in verba Curiæ adiguntur. ne quod vero tempus periret à juriſdictione, atque ad provocationum illam collu-

viem

viem exhauriendam quæ ad Curias devolvuntur, ſancitum ut partim ſupremæ Curiæ Præſides aliquot, adhibitis tredecim Conſiliariis, octo vocatis laicis, & quinque ſacerdotibus, controverſiis civilibus & maxime capitalibus dijudicandis præeſſent, partim conventus juridici agerentur in urbe regio reſcripto deſignata. Magnos dies appellant, conſtantque ſupremarum Curiarum Conſiliariis, à quibus provocatio non eſt: hique cauſas Principis edicto ad certam ſummam definitas judicant, & Præfecturarum regio diplomate comprehenſarum. Denique omnibus Conſiliariis ſententiam dicendi jus eſt (opinari vocant ab opinionum diſquiſitione) cum à Præſide ſententias rogantur. quod ſi utrinque calculi æquales ſint, duo ad alias claſſes dimittuntur qui ſuam cujuſque ſententiam tueantur: ſin minor ab una parte eſt numerus cenſentium, numerantur ſententiæ (ut eſt in proverbio) & non ponderantur, majorque pars interdum meliorem vincit. Cumque olim agebatur de aliquo in demortui locum cooptando collegarum reliquorum ſuffragiis, præſente Cancellario Principi laudabatur, qui in alterius locum ſubſtitueretur, & plerunque
inviti

inviti ad tantum munus vocabantur: verum noviſſimis temporibus factum eſt, ut divitiarum, non hominum, ſit hic magiſtratus. Huic porro magiſtratuum ordini, veteri Francorum lege, negotiatione eſt interdictum, vetitumque, ne ea enuncient quæ communi conſenſu inter ſe ſanxerint. atque illis prohibitum quicquam à litigantibus accipere, aut Curia abnoctare. Sunt vero cauſarum genera quæ primo judicio apud ſupremas Curias agitentur, nempe Regaliorum, & duodecim Franciæ Primorum: atq; à Iuridicis ad eas provocatio eſt, pœnamque temerariæ provocationis ſanctiones regiæ jubent eſſe ſexaginta librarum Pariſienſium, (ita vulgo appellant) ſoletque Curia adverſus provocatorem perperam provocantem, mulctam irrogare: unde ſuus illi eſt mulctarum coactor. At, quoniam jam à me dictum eſt criminum cognitionem ad Curias haſce pertinere, non abs re fuerit ſcribere, diviſam eſſe à reliquis claſſibus decuriam quæ rei capitali præeſt. (Tornellam appellant, id eſt turriculam) in qua ſedent alternis vicibus ſolo trimeſtri, cum Præſide uno aut altero, exceptis ſacerdotibus Caroli ſeptimi edicto, quibus Pontificii Canones criminum

minum cognitione interdicunt. Porro quatuor ſunt Amanuenſes Curiæ, ſcribæ tres, (graphiarios vocant) præter immenſum illum gregem qui Curiæ eſt ab actis, & apparitorum ſive viatorum catervam. Itaque cum Curia Pariſienſis, tam longe propagatis finibus imperii, cauſis dijudicandis non ſufficeret, addita Parlamenta alia, iiſque ſuus cuiqué limes datus. Ea ſunt Toloſanum, Gratianopolitanum, Aquenſe, Burdegalenſe, Divionenſe, Rotomagenſe: & quod ab unoquoque definitum fuerit, eandem habet auctoritatem, quam Pythagoras apud ſuos. Omnium latiſſimos fines habet Pariſienſe, æqualis tamen cum aliis dignitatis. Curiam Toloſanam inſtitutam volunt à Philippo Pulchro anno MCCCXX, & poſtea à Carolo VII renovatam. Quod ad Gratianopolitanam attinet, Vmbertum Delphinatium Principem conſtat concilium Iuriſperitorum habuiſſe qui populis jura redderent. Deinde collegio illi Iuriſconſultorum (ut fere variant hominum conſilia) Parlamenti nomen inditum. Divionenſem inſtituit Philippus Burgundiæ Dux, cui à morum integritate Boni cognomen fuit.

Normanni ut haberent qui domi jus redderet à morte Rolonis eorum Ducis, conventum juridicum Rotomagi inſtituere: quæ Normaniæ metropolis eſt. Scacarium pro Statario vocabant, quem per veris & autumni tempus cogi oportebat: cui ſimilis noſtris temporibus Alenconii fuit, vivente Margarita Franciſci Regis ſorore. Verum Georgii Ambaſiani Archiepiſcopi Rotomagenſis apud Ludovicum XII auctoritate & gratia, conventus ille indictitius, perpetuus eſſe cœpit: nihilque ab eo Rege prætermiſſum quod ad Burdegalenſis *Parlamenti ornamentum & dignitatem pertineret: cujus* ipſe conditor fuit. Non deſunt tamen qui hujus Carolum VII auctorem ſcribant. Aquenſem idem inſtituit, cum prius à Comitibus Provinciæ conſilii nomen nacta eſſet.

Thuan. lib. XIII. Cum ab ipſo initio & Philippi Valeſii temporibus anno Chriſti CIↃ CCCXLIV (ſic enim res habet, uti ex archivis cameræ criminalis patet, quod fruſtra in annalibus noſtris, diverſa falſo tradentibus, requiras) Parlamentum uti vocant, quod ad id uſque tempus ambulatorium fuerat, Lutetiæ Statarium eſſet conſtitutum, certus etiam Senatorum numerus definitus

finitus eſt, qui à III Eid. Novembris uſque VII Eid. Septembr. nulla intermiſſione jus dicerent. Ii erant centum viri, III videlicet præſides, VI libellorum ſupplicum magiſtri, majoris Cameræ conſiliarii, clerici XV, totidem laici: Claſſis inquiſitoriæ Conſiliarii. Sive ut vulgo vocabantur, terræ conſuetudinariæ auditores, XXIV Clerici XVII Laici; item domeſticorum regiorum cauſis judicandis delegati conſiliarii, quinque Clerici, III Laici, à quibus ad Senatum provocatio erat; quibus omnibus additi *XII* Franciæ Pares numerum explebant. Is numerus poſtea cumulatus XX Senatoribus ſub Franciſco I, & VIII libellorum ſupplicum magiſtris. Cum igitur ampliſſimi ordinis toto anno Ius dicentis, major videretur eſſe auctoritas & potentia, quam ut aulici, qui ex ſuo arbitrio omnia pendere volunt, eam ferre poſſent, Cardinalis Lotharingus homo rerum novarum ſtudioſus quorumdam impulſu Henrico II R. author fuit, ut cum annui judices hactenus fuiſſent, deinceps ſemeſtres eſſent, ut interquieſcendi conceſſo ſpatio in vicem ſuccedentes magis aſſidui in jure dicundo eſſent. Conſtitutum eodem edicto, ut cum ſalaria quædam antea à li-

tigantibus, quod minus honeſtum videbatur, acciperent, iis ademtis ſtipendia, quæ prius admodum exilia erant, à Rege augerentur. Verum ut in Præſidialium tribunalium creatione, ſic & in ſemeſtrium, ita edictum illud vocabant, ordinatione, auctus eſt Iudicum numerus pretio ab iis accepto, quæ præcipua edicti cauſa fuit. Ita rei honeſtiſſimæ, uti jactabant, à turpiſſima nundinatione ductum initium: quo & factum eſt,ut per diviſionem illam minuto univerſo numero, præcipitatum ſit tempus, quo claſſium inquiſitoriarum conſiliarii antea non niſi longo in jure dicundo uſu confirmati, majorem cameram ingrediebantur; ſicque novitiis plerumque & inexercitatis ad ſupremam Cameram promotis non tam reſtituta ordinis ampliſſimi dignitas & diſciplina, quod unum operæ precium ex nova illa inſtitutione ſperabatur, quam mutilata & ſoluta eſt. Quod cum ſero animadverſum eſſet & ſtipendiis auctis ærarium regium ſupra modum gravaretur,tandem placuit ut Semeſtrium abolita creatione, judices rurſus annui jus dicerent & ad exonerandum ærarium minutis ſtipendiis, honorarium, uti prius, à litigantibus acciperent. Quod magnam rurſus mutatio-

tationem & confuſionem peperit, cum ſuperfluo judicum exundante numero, novi illi qui in ſummam Cameram feſtinato curſu ingreſſi fuerant, rurſus ad claſſes inquiſitorias quaſi averſis veſtigiis retracti ſunt. Cœpit nova illa ordinatio ſemeſtris Senatus VI Non. Quintiles anni 1554. eodemque menſe ad IV Nonar. anno tertio poſt deſiit.

Idem lib. XXIV. Anno CIↃ IↃ LIX Kal. Ian. Franciſco II R. lex promulgata, qua ut Iudices ſpectatæ integritatis & eruditionis in ſupremis Regni curiis & inferioribus ſubſelliis conſtituerentur, edicebatur, ut in poſterum penes ipſos judices jus eſſet, cum aliquis in demortui locum ſufficiendus eſſet, tres probitate & juris ſcientia conſpicuos nominandi, ex quibus quem vellet Rex deligeret. Id ſancte ac ſalutariter decretum Franciſci Olivarii ſuaſu, ac multoties poſtea repetitum, quominus locum habuerit, aulicorum ambitione & avaritia effectum eſt, qui emolumentum ex muneribus publicis ac dignitatibus pretio irreligioſe æſtimatis & turpiter divenditis captantes, ad augendum, ſicuti jactabant, principis ærarium, pravis edictis judicum numerum in immenſum multiplicarunt; & ita clariſſimus ordo, quem honoriſi-

norificum ſervari ad omnes regni ordines in officio continendos, Reipub. intererat, paulatim cœpit vileſcere, gliſcente ſordium veneno, quo indigni homines nullis meritis, ſed opum fiducia aut aulicorum beneficio ad eos honores provecti facile ſe corrumpi paſſi ſunt.

Parlamento Pariſienſi ſubſunt hæ Provinciæ; Inſula Franciæ, Belſia utraque, Secalaunia, Bituriges, Arverni, Lugdunenſis, Forenſis, Bellojocenſis, Pictavienſis, Andina, Angelomenſis, Cœnomanenſis, Bryenſis provinciæ; cum Picardia, Campania, Turonibus, Nivernio, Borbonia, Matiſconenſi tractu. Quibus continentur quinque Archiepiſcopatus Remenſis, Senonenſis, Lugdunenſis, Bituricenſis & Turonenſis: Epiſcopatus XXIV. Laudunenſis, Cabilonenſis, in Campania, Sueſſionenſis, Bononienſis, Ambianenſis, Noviodunenſis, Silvanectenſis, Bellovacenſis, Pariſienſis, Carnutenſis, Aurelianenſis, Nivernenſis, Antiſſiodorenſis, Meldenſis, Pictavienſis, Malleacenſis, Lucionenſis, Angoliſmenſis, Andegavenſis, Cenomanenſis, Claromontanus, S. Flori, Lingonenſis, Matiſconenſis.

Parlamento Tholoſano ſubſunt hæ pro-

provinciæ Lingua-occitana ſuperior & inferior, utrumque Vivareſium, Velaunorum, Gabalorum, Albigenſium, Ruthenorum provinciæ; Laureacenſis; Quercetana, Fuxenſis regiones & pars Vaſconiæ. Quibus comprehenduntur, Archiepiſcopatus III, Narbonenſis, Auxitanus, & Tholoſanus: XXVIII Epiſcopatus, Nemauſenſis, Vſetienſis, Lodevenſis, S. Pontii Tomerianus, Alectenſis, Montis Peſſulanus, Biterrenſis, Agathenſis, Carcaſſonenſis, Mindenſis, Caſtrenſis, Albigenſis, Anicenſis, Rutenenſis, Vabricenſis, Cadurcenſis, Apanienſis, Mirapicenſis, S. Papuli, Montis Albani, Vaurenſis, Rivenſis, Lomberienſis, Convenacenſis, Conſeranenſis, Tarbenſis, Lectorenſis, Albenſis.

Parlamento Rotomagenſi ſubeſt Normannia: comprehenditque; Archiepiſcopatum Rotomagenſem; Epiſcopatus ſex Abrincenſem, Ebroicenſem, Baiocenſem, Sagienſem, Conſtantienſem, Lexovienſem.

Parlamento Burdigalenſi ſubſunt Vaſconiæ pars, ſuperior & inferior Biſcaia, Sanctones, Petricorii & Lemovices. Continenturq; Archiepiſcopatus Burdigalenſis; Epiſcopatus Bajonenſis, Aquenſis, Baſatenſis, Adurenſis, Santonenſis,

nenſis, Petracorienſis, Sarlatenſis, Aginnenſis, Lemovicenſis, Condomenſis, Tullenſis.

Parlamentum Britannicum. *Thuan. lib.* XIII. ad annum CIↃ IↃ LIV. Hoc anno lex de Senatu in Armorica provincia conſtituendo à Rege facta in Pariſienſi curia IV Non. Maii promulgatur, ſic ordinata curia, ut in duas claſſes diſtributa, quatuor præſidibus, XXXII Conſiliariis, II ſcribis, II fiſci advocatis, & cognitore Regio conſtaret. Cautum item ut præſides II atque in iis Senatus princeps & XVI conſiliarii, atque ex advocatis unus extra provinciam legerentur; cautum & ut alternatim jus dicerent, menſibus quidem Auguſto, Septemb. Octob. & Novembr. ad Condale Redonum; Februario vero, Martio, & Aprili Condivicini in Nannetibus, reliquo tempore provinciales VII conſiliarii judicia exercerent. Id commodo provinciæ in ſpeciem datum.

Subſunt huic Epiſcopatus, Briocenſis, Maclovienſis, S. Pauli Legionenſis, Nannetenſis, Venetenſis, Triconenſis, Curoſopitenſis, Dolenſis & Redonenſis.

Parlamento Burgundiæ, quod in urbe Divionenſi celebratur, ſubſunt Epi-

ſcopatus

ſcopatus Eduenſis vel Auguſtodunenſis, & Cabilonenſis ſuper Ararim.

Parlamento Gratianopolitano, ſubeſt Delphinatus; compleċtiturque Archiepiſcopatus duos Ebrodunenſem & Viennenſem: Epiſcopatus Valentinum & Dienſem qui conjunċti ſunt; Gratianopolitanum, S. Pauli trium Caſtellorum, atque Vvapienſem.

Parlamentum Aquenſe, cui ſubeſt Provincia, comprehendit Archiepiſcopatus duos Aquenſem & Arelatenſem: Epiſcopatus XI Dinienſem, Graſſenſem, Glandevenſem, Senetenſem, Vencienſem, Aptenſem, Reienſem, Forojulienſem, Siſtavicenſem, Maſſilienſem, Tolonenſem.

Sunt præterea alia tria Parlamenta minoris dignationis: Beneargii quod ſub ſe compleċtitur Epiſcopatus Leſcar, & Oleron. Et S. Pauli, quod ſub ſe continet inferiorem Navarram. Metenſe denique quod compléċtitur Epiſcopatus Metenſem, Tulenſem & Virodunenſem.

Præter hæc Parlamenta ſunt quamplurimæ in variis provinciis curiæ præſidiales.

Thuan. lib. XIX. Anno CIↃ IↃ LVII. Lex in Senatu recitata & in ejus commentarios relata, qua Rex in cunċtis

P 5 præ-

præſidialibus curiis, quas ante ſexennium in ſingulis provinciis inſtituerat, præſidem creat, & curiis illis ſine appellatione de prædiis aliiſque rebus immobilibus, quarum reditus annuus haud amplius L Francicis æſtimaretur, de mobilibus uſque ad CIↃ Francicos attribuit, jam tum ſpecie æquitatis patefacta ad publicorum munerum nundinationes peſſimo exemplo via & communicata honeſtiorum titulorum inferioribus magiſtratibus dignitate.

20. *De Procuratore generali & duobus Advocatis regiis.*

Vincentius Lupanus. Conſtat hoc Triumvirorum collegium Advocatis duobus & Cognitore uno: quo ſubſcribente criminum perſecutio & animadverſio fit, conſtitutiones, edicta & diplomata promulgantur, & in Curiæ acta referuntur: adhæc ut Tribuni Romani interceſſionem, & ut Augures obnuntiationem habet, & in unaquaque Præfectura Procognitorem. Subſtitutum vocant. Hanc vero advocationem regiam, gentes regias vulgo appellant. Nam mos eſt apud nos gentis appellatione multitudinem vel collegium

legium ſignificare, ut gentes juſtitiæ, gentes eccleſiæ, gentes libellorum palatinorum, cum recuperatores illi palatini nominantur, & gentes tenentes Curiam Parlamenti quod ſæpius edicta Principum continent.

21. *De Magno Conſilio.*

Vincent. Lupan. Poſt Curias inſtitutas Reges Franci conſilium hoc aulicum ambulatorium atque aulæ aſſeclam coëgerunt, quod Magnum ab auctoritate vocarunt: cujus caput eſt Cancellarius: quod initio menſtruum fuit: ad idque referre ſolebat Rex de rerum ſumma. Verum quum Carolus VIII cognoſceret Cancellario tantum otii non eſſe, ut implicare ſe poſſet pluribus negotiis, edicto ſtatuit ut cum Cancellario & libellorum Magiſtris ſeptem & decem Conſiliarii crearentur laici (ut appellant) & ſacerdotes. Poſtremo Ludovicus XII Antiſtitem unum adſcripſit, & Conſiliarios duos, & Secretarios totidem: quorum unus Actuarii vice fungeretur. His auctoritas ea ſumma data, quæ ſupremis Curiis: quos ſemeſtri tantum alternis vicibus conſilio adeſſe oportet. Diſceſſuris vero domum ſtipendia à Rege præſtantur multo majora, quam Curiarum

riarum conſiliariis quæ ſupremam cauſarum diſceptationem habent: quibus non licet conſilium hoc aulicum ingredi, nec hiſce viciſſim Curias. In ſumma à prætoriano judice adCuriam hanc provocatio eſt in cauſis civilibus: ad quam Principis diplomate & legibus cauſæ multæ mandari ſolent, & maxime quoties inter duo ſuprema tribunalia de ſuæ juriſdictionibus finibus eſt controverſia, vel aliquis adverſarii apud eas gratiam reformidat: atque Franciſci edicto Præfecturarum Eccleſiaſticarum jura controverſa huic judicum decuriæ attributa. Suus quoque Præſes datus Vido Bræleus, vir variæ & lectionis & doctrinæ. adhæc Cognitor & Advocatus regius. Cogitur vero conſilium hoc hora ſeptima, & à prandio tertia: at decima & quinta dimitti ſolet.

22. *De Quatuor Theſaurariis Franciæ.*

Vincentius Lupanus. Sunt apud nos quatuor, quibus Canonis adminiſtrandi & diligenter inſpiciendi cura eſſe debet: quorum etiam cenſuræ quicquid ad Canonem pertinet, ſubjicitur. Nam poſſeſſiones, prædia, ædes ad fiſcum pertinentes circumire quiſque

intra

intra ſuæ præfecturæ terminos debet, eaſque ſartas tectas conſervare: ſi quid refectione indiget, curatores operum adhibere, augendis fiſci proventibus omni cura & ſtudio incumbere; nec non olim de univerſi Canonis, præterquam regaliorum, litibus cognoſcebant. Verum nunc in ipſa Iudicum canonariorum (cameram theſauri appellant) claſſe ſedendi primo ac honeſtiſſimo loco, & ſententias dicendi illis jus eſt, præſuntq; ſuſceptoribus (quod humile & turpiſſimum genus quæſtûs exiſtimatum eſt à Romanis) qui magna diligentia undequaque conquiſitas pecunias & loculis obſignatas, ad Tribunos ærarios deferendas curabant: qui inde eas numerabant illi cui univerſi Canonis ſuſcipiendi non ſolum cura, ſed procuratio commiſſa eſt. Campſorem Theſauri appellant. Propterea non deſunt qui hunc Comitem ſacri patrimonii appellant. Is vero referri in gazophylacium jubebat, id eſt, omnem illam pecuniam apud Theſaurarium Epargnæ deponebat. Vtrumque vero Arcarium appellabis Latine, voce à Iuſtiniano & Scævola uſurpata. At alii Theſaurarium illum Epargnæ, Comitem ſacrarum largitionum cenſent nominandum. Id tamen docto-

doctorum iudicio relinquendum exiſtimo. Denique Franciſcus Rex univerſæ gazæ curã ab illo ad hunc transferri voluit, eamque Lutetiæ in arce Luparæ recondi edicto ſtatuit: ad quam cuſtodiendam ex ſtipatoribus Regiis duo excubarent.

23. *De Camera Theſauri.*

Vincent. Lupan. Præfectorum fiſci munus olim fuiſſe diximus lites Canonarias dijudicandi: poſtea tamen cum auctis finibus Imperii negotiorũ multitudine præpediti à iure dicundo avocarentur, Iuriſconſultus unus adhibitus eſt, qui eorum nomine vicariã litigantibus operam præſtaret, eique ea cauſa tres deinde adſcripti, ut cuique præfecto fiſci ſuus Subpræfectus eſſet: qui poſtea Magiſtratus creati, ac, mutato nomine, Conſiliarii theſauri vocati ſunt. Sed hoc per manus traditum mihi narravit Carolus Furnerius, amicus meus ſummus, & huiuſce iudicum decuriæ conſiliarius. Conſtat hanc iudicum Canonariorum claſſem poſt exactos Anglos à Carolo VII inſtitutam, vel (ut alii malunt) tantum renovatam. Cameram noſtrates appellant, ea loquendi forma qua ſupremarum Curiarum claſſes Cameræ vocatæ ſunt. Itaque,

Itaque, ut à nobis iam dictum eſt, quatuor primum creati Conſiliarii: verum unum huic numero allegere è Republica viſum eſt, qui colophonem adderet, ſi forte ad ſententiarum æquilibrium deveniſſent. Regnante Franciſco tres adſcripti huic magiſtratuum collegio, nuncque legitimus eorum numerus eſt octonarius: à quibus ad quintam Curiæ claſſem (quam Domanii cameram vocant) provocatio eſt. Suus eſt hiſce Octoviris canonariis apparitor, & cognitor, & advocatus regius: quibus in cauſam deſcendentibus, ob non præſtitum obſequium, clientelaribus prædiis, nec non adeſpotis manum iniicere licet.

24. *De quatuor Generalibus Franciæ,*

Vincent. Lupan. Solenne eſt Regibus Francis quotannis breviarium totius regni conficere (Statum generalem appellant) in quo edicit Princeps quid de canone, oblatione, atque indictione, omni denique regio proventu fieri velit, num tributa augeri, & decimas à ſacerdotibus indici velit. Si bellum imminet, quam pecuniam in diverſos ſumptus erogari cupiat, in

lautia,

lautia, militum ſtipendia (quæ omnia pro arbitrio augeri vel minui jubet) & quam etiam pecuniarum ſummam in alimenta miniſterij aulici impendi cupiat: quando omnia hoc loco commemorari non poſſunt. Eodem exemplo à Quæſtoribus & Tribunis ærariis (i. à quatuor generalibus) diligenter conjecta ad coactores oblationales & indictionales mitti ſolent, ut vectigal ſtipendiarium colligant, & apud Arcarium deponant.

Thuan. lib. XII. Anno CIↃ IↃ LIII. III Eid. Febr. Quæſtores ærarij IV ſeu *Theſaurarij, qui patrimonij regij,* quod vulgo Domanium vocant, curam gerebant; ac totidem indictionum ac oblationum præfecti, vulgo generales dicti, cum hucuſque ſeparata munia habuiſſent, & dilapidato fere per oppignerationes regio patrimonio, illorum eſſet inane nomen; utrorumque nomina & functiones confuſæ ſunt, aucto numero & coactoribus primarijs qui XVI. erant æquato; inde ingens pecunia corraſa nec aliud prætérea operæ pretium fuit; patefacta interim porta ad immodicum illum, qui poſtea crevit, & maxime hodie quæſturã regni gravat, numerum publicorum munerum.

Idem. Denique lege lata duplicatus eſt

eſt coactorum fiſcalium numerus, atque ſancitum ut, cum annum munere defuncti eſſent, inſequenti rationes ad ærarium referrent, nec ad munus gerendum admitterentur, donec reſiduum exſolviſſent; ita per multiplicatos ærarii rationales ſenſim imminuto ipſo ærario.

25. *De generalibus Iuſtitiæ Auxiliorum.*

Vincent. Lupanus. Prolatis finibus imperii, auctis vectigalibus, & creſcente indies magis magiſque litium multitudine (quibus dijudicandis tot Præfecti & Curiarum ſupremarum conſiliarii pares eſſe non poterant) MCCCLXXX à partu illibatæ virginis Quadrumviros, vitæ ſanctimonia & integritate conſpicuos Epiſcopos, & Hetæriarchas creari placuit: quibus ſumma oblationalium atque indictionalium cauſarum cognitio, juriſdictio, & criminum perſecutio eſſet. Generales iuſtitiæ auxiliorum belli tempore ea cauſa vocabant, quod tunc quotannis Collecta à popularibus non ſolvebatur: auxiliorumque nomine continebatur octava aut quarta vini heminatim, aut viceſima cuppatim divenditi, reliquarum-

que mercium quæ à ſolidariis aut minutariis negotiatoribus væneunt. Serpentibus porro in infinitum litibus, hiſce Quadrumviris tres Conſiliarii adſcripti ſunt, additis Duumviris, Cognitore, & Advocato regio: atque procedente ſenſim tempore, quidam Epiſcopus Lemovicẽſis veluti Prohedrus creatus eſt, qui huiuſce ſupremæ Curiæ gubernaculis præeſſet, Præſeſque vocabatur. In eius autem demortui locum ſucceſſere aliquot Epiſcopi (iam enim tum turpe non erat Epiſcopis tractare Rempublicam) manſitque per aliquot annos *Octovirorum* collegium: cui, ut Parlamentariis Curiis, poteſtas facta eſt lites abſque ulla *provocatione* diiudicandi, temerariæq; provocationis pœna adiecta eſt xxv librarum Pariſienſium. Additi apparitores *maſtygophori* & ſcribæ, qui publicis archivis præeſſent. Ipſis tamen Epiſcopis ad ſacra facienda, ut par erat, ablegatis, Iuriſconſultus creatus eſt eorum loco qui hujuſce curiæ habenas regeret, ſecunduſque Præſes vocaretur. Deinde fiſci inopia (nam tum creandis magiſtratibus operam dare ſolent Francorum Reges) à Franciſco Rege allecti quinque novem primis: expletuſque eſt numerus quatuordecimvirorum præter alterum

regium

regium Advocatum, ut quam proxime poſſent, ad ſupremæ Curiæ dignitatem accederent. Poſtremo hoc Rege huic oblationalium atque indictionalium judicum decuriæ altera claſſis eſt adſcripta. Sed omiſeram, paulo poſt huiuſce Curiæ inſtitutionem alteras primum Rotomagi, deinde Montiſpeſſuli factas, apud quas Normnani & Occitani jura peterent, & quæ æqualis eſſent cum Pariſienſi dignitatis.

26. *De Camera Computorum.*

Lupanus. Quemadmodum omnes exercituum duces rationes Romæ referebant ad ærarium, ita apud nos qui pecuniam Principis tractant, accepti & expenſi rationem omnem hiſce rationum Præfectis diſpungendam atq; expungendam præbere ſolent: quod noſtrates dicunt tradere examinandũ & claudendum computum. Apud eos quoque diplomata allophylorum, & juſtis nuptiis non procreatorum, & indigenarum jure nondum donatorum (vulgo noſtrates dicunt, qui non habent literam legitimationis aut naturalitatis) ſubſcribente regio Procuratore recitantur, promulgantur, & in acta

publica referuntur, ipſis rationum Pręfectis auctoribus: atque fundorum clientelarũ nomine beneficiarios Principis, fidem & obſequium præſtantes, aſſenſu Procuratoris regii in fidem accipiunt, ea conditione tamen, ut tempore moribus ſtatuto catalogum vel (ſi mavis) breviarium rerum clientelarium porrigant. Itaque non ſolum Lutetiæ, ſed Divioni, Montiſpeſſuli, & Nannetibus rationum Præfecti à Regibus ſunt creati: apud quos Normani, & qui interiorem Galliam tenent, Burgundi, Occitani, & Britones rationum libellos ſubducant, *diſpungant* atque purgent: ſed quo tempore ſint inſtituti, nunquam potui ſcire: licet id ſim expiſcatus diligentiſſime.

27. *De Balivis & Seneſchalis.*

Vincent. Lupan. Franci utuntur jure partim moribus conſtituto vel introducto (ut Iulianus Iuriſconſultus appellat) partim legitimo, (ſcriptum vocant.) hinc illa provinciolarum diviſio in juridiciales, & eas quæ jure in mores recepto utuntur, hoc eſt, jure civili Romano vel conſuetudinario adminiſtrantur. Apud eos quoque judicum quatuor ſunt decuriæ. Vna eſt infimorum. Majores appellant, à verbo

bo Germanico *Meyer* (quod Præfectum ſignificare ex Beati Rhenani ſententia dicimus:) Latinitatis ſtudioſi Demagogos vel populi Magiſtros, ut olim Dictator Romæ dicebatur. Altera eſt habentium merum imperium, ut ſunt judices Caſtellani: his enim verbis nobis utendum fuit. Tertia eſt ad ſupremas Curias convenientium, de quibus hoc loco. Quarta ſupremorum tribunalium. Sed ut ad rem veniamus, mihi ſemper dubium fuit Balivine & Seneſchali inter paludatos an inter togatos ſint numerandi, quod ſine diſcrimine apud Francos hoc magiſtratu funguntur viri militares & togati: de quibus, ut de pleriſque noſtris rebus, in tanta præſertim ſcriptorum inopia, nihil certi afferri poſſe puto: licet non deſint qui ſcribant, eorum primas partes fuiſſe, ut evocatos ad bella ducerent, eo maxime tempore quo nondum ſtipendia perſolverentur militibus, cujus rei apud nos veſtigia ſuperſunt, cum ſcilicet regio edicto evocatio fit. Hi Philippi Pulchri conſtitutione aliquid per vicarios agere prohibebantur (niſi morbo aut juſta occaſione impediti) vel aliquod munus accipere quod vel ad edulium uſum pertineret. Itaque Carolus VII poſt Anglos Fran-

cia pulſos edicto ſanxit, cum ageretur de Iuridico in locum demortui eligendo, ſuffragiis Patroni, & Cognitoris regii, Juriſperitorum, prius tamen juratorum Principi, ederetur vir frugi, cui magiſtratus committeretur: quem extra ſuæ præfecturæ terminos habitare leges non ſinebant. Olim vero moris erat Iuridicis Subjuridicos ſibi eligere, ſed ut variant humana, ipſis poſtea Regis libito Subpræfecti dati: quidiſquiſitis ſententiis eligebantur, eoſque Docturæ vel Subdocturæ inſignibus ornatos oportebat: hiſque, ut Iuridicis, annui loco ſtatum & præſcriptum fuit, ſtipendium ex *Principis fiſco*, ut abſque ulla ſordium labe jus dicerent, præter judicandi ſportulariam mercedē, (vocant δικαστικὸν alii) ſicque Severus ſuis aſſeſſoribus ſalaria conſtituit; quinetiam Francorum legibus illis minime licet mercaturam exercere: Philippi Pulchri & Caroli V conſtitutionibus prohibitum eſt aliquē ſuæ patriæ Iuridicum fieri; Quarundam vero cauſarum propria & peculiaris cognitio Iuridicis eſt, nempe canonis regii locandi, evocationis, clientes regios in fidem admittendi, nobilium lites dijudicandi, illiſque tutores & curatores dandi: ad eoſque pertinent lites ædium ſacra-

rum

rum Regis liberalitate & munificentia dotatarum , ut ſartæ tectæ conſerventur: tum ſi de cujuſvis reſcripti regii viribus agatur. Ad hæc quædam crimina ſuo jure ſibi vendicant, quæ privilegiaria vulgo appellant: veluti ſi publica fides violetur , de vi armata diſceptetur, aliquod læſæ majeſtatis crimen admiſſum ſit: ab hiſque ad ſuprema tribunalia provocatur : apud quæ ipſi in verba legitima Principis ſacramento adiguntur , neque ante moribus noſtris ſtipendia perſolvuntur magiſtratus ineuntibus.

28. *De Electis.*

Lupanus. Cum Regibus noſtris ex Canone ad alendum comitatum, ad tumultuarios belli eventus, pecuniæ belli nervi non ſuppeterent, Collectam à popularibus exigi placuit: quæ non ut hodie quotannis pendebatur, ſed de Panceltii ſententia ad alendos exercitus imponebatur: ipſaque pecunia collecta in arcis recondebatur per Diœceſes vel Epiſcopatus, ſelectiſque viris (qui ad id muneris trium ordinum conſenſu deligebantur, vocabanturque Electi, ſervato etiam nunc nomine) cuſtodienda tradebatur: ac per Diœceſes certus militum numerus dicebatur, qui

inviti nomen militiæ darent, eaque pecunia alerentur. Poſtea tamen Rege Carolo VII in publico totius Galliæ conſeſſu decies octies centena millia librarum Gallicarum colligi placuit quotannis, unde militare vectigal ſolveretur mille ſeptingentis equitibus & peditum quinque millibus, ut primo libro à me dictum eſt. Refert Philippus Cominius Carolum VIII Collectæ nomine tantum duodecies centena millia librarũ ad alendos exercitus in panegyrico Turonum conventu poſtulaſſe. Poſtea quam in immenſum militare hoc vectigal creverit, nemo non novit. Verum ſelecti illi militaris vectigalis cuſtodes, retento adhuc nomine, Magiſtratus creati ſunt, illiſque primum hujuſce tantum militaris tributi, poſtea indictionalium atque oblationalium cauſarum regio edicto cognitio attributa. Adhæc ædituis vel ſacrarum ædium curatoribus, per parœcias ſeu mavis curias, viritim pro modo cenſus, ut olim à Cenſoribus Romanis, æqualiter certiſque penſionibus indictionem deſcribi mandant, remiſſionem tributi indictionalis petentes audiunt, publica oblationalia locant conducere volentibus, una cum fidejuſſore idoneo nexum corporis & pigno-

pignorum ineuntibus. ab his demum ad ſupremos vectigalium judices, de quibus jam diximus, provocare licet.

Thuanus lib. XIX. Anno CIƆ IƆ LVII. Coactores etiam novi ſingulis diœceſibus creati, qui id tributi, quod L CIƆ peditum ſtipendio exſolvendo penditur, tum decimas è Sacerdotiorum fructibus in ærarium conferri ſolitas, itemq; extraordinarii vectigalis quodcunque genus exigerent, lege apud rationum regiarum præpoſitos & Curiam illam quæ de tributis & indictionibus jus dicit, perlata prid. Non. Iul.

VII.

DE OPULENTIA ET POTENTIA Regni Galliæ.

Regni hujus opulentiam atque potentiam primum æſtimare licet ex illius ſitu; cujus reſpectu hæc obſervanda.

1. Iacere veluti in meditullio totius Chriſtiani Orbis, ideoque aptiſſimum eſſe ad uniendas & disjungendas, prout libuerit, vires reliquorum Principum Chriſtianorum, qui ipſi ab omnibus mundi plagis finitimi ſunt.

2. Ab utroque latere habere maria,

quæ ipſi facilitatem conferunt merces cum quibuſvis gentibus nullo negotio commutandi. itemque vires vicinorum labefactandi. Verum licet tantam opportuninatem navigandi habeant Galli, tamen neque numero navium neque robore; multo minus navalium ſociorum copia finitimas provincias aut ſuperant aut æquant; hocque potiſſimum ſemper Politices peritiſſimis viris Galliæ deeſſe viſum fuit, navium copia & navalium rerum peritia.

3. Regnum ab omni pene plaga aut à natura aut ab induſtria munitiſſimum eſſe; quippe ab *Italia Alpibus*, ab *Hiſpania Pyrenæis* montibus defenditur; ab Anglia mari; à Germania maximis fluviis quæ maxime patent munitiſſimis urbibus aut caſtellis teguntur.

4. Totum regnum omnibus ſui partibus conjunctum & veluti compactum eſſe; nec ut alia fere diſiectis membris aut ſeparatis luxatum.

5. Cum initium ſumat ad mare Septentrionale à gradu fere quinquageſimo, & deſinat in gradum quadrageſimum ſecundum, qua mare mediterraneum attingit, tam varia & multiplici frui aëris temperie ut omnibus omnis generis frugibus & tolerandis atque maturandis idonea ſit tellus: nam qua

medi-

mediterraneum mare attingit nullum fructuum genus recuſat, quod fert Italia; & qua mare Septentrionale aut Britannicum, vix vini ferax eſt.

Secundo, ex immenſo oppidorum vicorumque numero; in quo edendo plurimi nimium prodigi fuerunt; ſed ſi certa ſequi volumus, cum anno CIↃ IↃ LIV ab Henrico II Rege tributum XXXI libell. Turonens. in ſingulas parœcias indictum fuiſſet, numerus extit XXIV mill. IↃ CCC XXVII. præter Burgundiones ac Pictones. ut refert Bodinus; qui inſuper teſtatur, à ſummo Parlamenti Præſide è rationibus publicis relatum, numerum parœciarum XXVIII millib. minorem eſſe, ſi urbes pagis æquentur. Et tamen auctor Gallicus de Regnis & Rebuſpub. orbis, ratione ſingularum diœceſium innita ſupra XL mill. enumerat tam parœciarum, quam Campanilium. Vt ut ſit nullum regnum tot urbibus muro cinctis, tot municipiis, tot pagis abundat quam Gallicum; licet inteſtina bella non pauca oppida aut funditus deleverint, aut penitus corruperint.

Tertio, licet Bodinus exploratum ſcribat, deſerta & occulta loca, ſi aquas & vias adjungas, duas Galliæ trientes auferre; tamen conſtat nullam pene

Galliæ

Galliæ partem ita ſterilem eſſe quin debito cultu fruges cultoribus ſuis reddat.

Quarto, ex abundantiſſima frugum atque adeo rerum omnium quæ ad vitam neceſſariæ ſunt copia; in qua hæc conſideranda.

1. Galliam nullius rei indigam eſſe, qua incolis aut ad victum aut ad veſtitum opus eſt, ideoque nullius alterius regni aut reipubl., ſi luxuria abeſſet, commercio indigere.

2. Vicinas fere provincias & regna, his aut illis rebus egere, atque ab illa neceſſario petere; eamque ſufficienter & ſuis & alienis eaſdem ſubminiſtrare poſſe.

3. Ideoque neque ipſam commeatus inopia umquam laborare, etiam cum maximos exercitus alit; & per commercia magnam auri atque argenti vim vicinis ſubducere.

Quinto, ex multitudine & opportunitate fluviorum qui navigia patiuntur; atque horum quidem pars illam cingit, ut Moſella, Araris, Rhodanuſque; pars mediam ſecant, ſicut Somma, Sequana, Ligeris, Garumna. Quorum Rhodanus quidem in mare Mediterraneum, reliqui fluvii in Oceanum Septentrionalem ſeſe evolvunt.

Porro

Porro in hæc majora flumina influunt partim ex Regni extremitatibus, partim ex illius meditullio, tot alia flumina, ut totum regnum ſupra modum commerciis aptum reddant: facillime enim hiſce mediis & provinciæ inter ſe, & cum exteris, merces ſuas communicant. In ſolo Ducatu Andegavenſi numerantur flumina XL tam magna quam parva. Vnde Catharina Medicæa regina Franciæ ſolita erat dicere, in regno ſuo plura navigabilia flumina eſſe quam in reliqua Europa. Quæ hyperbole à rei veritate non multum abludit. His accedit quod Ligeris longior eſt curſus quam omnium fluviorum Europæ, ſi Danubium exceperis, ut ſcribit *Maſſon*. Oritur enim in Velaunis, & per mediam Galliam, planicie & bonitate agrorum felix, longiſſimo curſu in Armoricum Oceanum evolvitur; & à Rodumna (vulgo *Roanne*) ad oſtium uſque ſupra centum & ſexaginta leucis navigatur.

Sexto obſervat Boterus; quamvis Franciæ non deſint multi bonique portus, meliores tamen civitates non ad mare ſed in locis mediterraneis ſitas eſſe; indequè jure colligi, ipſarum amplitudinem non extrinſecus advenire ſed quaſi domeſticam eſſe.

Septimo

Septimo, ex præſtantia & copia vini quod in pleriſque provinciis naſcitur, quorum nonnullum optimis aliarum provinciarum Europæ vel comparari vel præferri poteſt. Incredibile autem eſt (inquit Bodinus) quantum vini Gallia in Angliam atque Belgium effundat. cujus rei argumentum majus habeo nullum, quam quod unus Lauda mercator Cameracenſis anno CIↃ IↃ-LXXVIII triginta millia modiorum vini terreſtri itinere in Belgium exportari curaverit, tametſi aditus arduos & multis locis ab hoſtibus occluſos videret. Quantus autem doliorum numerus in Angliam & Belgium evehatur vix dici poteſt.

Octavo, ex opulentia indigenarum, quæ in quibuſdam urbibus maxima, in oppido Pariſiorum pene incredibilis eſt.

Nono, ex auri argentique abundantia, & ejuſdem in argentea ſupellectile perfectione: nam argenti Pariſienſis bonitas omnium laudatiſſima putatur, quippe quadrageſima ſexta tantum pars æris adjuncta eſt; argento optimo Hiſpanico fere trigeſima ſexta, ut inquit *Bodinus*. Qui hæc legerit, inde forte ſuſpicetur Galliam metallis abundare, id quo pacto ſe habeat è Thuano

licet

licet audire. Ad Pyrenæos (inquit lib. CXXIX) & in principatu Fuxenſi argenti venæ & auri ramenta per Aurigeram inde dictam ſcatere memorantur, & Carcaſſonæ argenti; in Cemenis montibus & Gabalis plumbi & ſtanni, Armoniaci in Vivarienſi pago plumbi, in Arvernis ferri laudabiles ſunt fodinæ, & nuper ad Martini-fanum in agro Lugdunenſi aurum & argentum magna copia erutum, ſed laboris improbi & plerumque periculoſi aſſiduitatem, parcimoniam & victus tenuitatem, quæ in operariis requiritur, *terræ Francicæ* abundantia ſubminiſtrare *minime poteſt*, in *qua* homines lautius vivere aſſueti, quantum ad opus tanti ſumtus opus eſt, ſibi parcere nequeunt, &c.

Atque ex his quidem opulentiam æſtimare licet, ex ſequentibus potentiam; & quidem Primo, ex ingenti incolarum numero, qui ſub Carolo IX cenſu inito, viginti *myriadas* ſuperaſſe ſcribitur; *licet* poſt illa per crudeliſſima bella civilia & mutuas lanienas multum imminutum crediderim.

Secundo ex longe maximo numero munitiſſimorum oppidorum & caſtellorum tam ad *limites* regni quam in ipſo meditullio.

Tertio

Tertio, ex militum & præſertim cataphractorum equitum copia ; nam pedeſtris Gallorum militia minus laudatur ; ideoque Reges fere peregrinis ſtipendiariis uſi ſunt.

Quarto, ex tormentorum bellicorum ingenti numero , de quibus obſervat Gallicus author, ea longe commodiſſima mole eſſe , & fere æqualia , ita ut globorum varietate nihil opus ſit. Sunt autem fere modica , & raro longiora pedibus decem, ſine vehiculo.

Quinto, ex numeroſæ nobilitatis obſequio erga principem , & ſingulari in præliis virtute , & gloriæ immenſa cupiditate.

Sexto, ex plebis in oneribus publicis ferendis patientia ; unde Ludovicum undecimũ regnandi peritiſſimum (ut refert Lupanus) dicere ſæpe ſolitum accepimus, cum immenſas Regni Francici opes oſtentaret , ſe pratum longe optimum & graminoſum habere, quod quoties fænisecio opus eſſet, ſecaretur; Atq; Maximilianus Imperator (quem à pecuniæ inopia poco-dinariũ nuncupatum Italico vocabulo audivi) dicere conſueverat, Regi Francorum chryſomallas eſſe oves, innuens, pitharchicos Francos nullum tributi à Rege impoſiti onus recuſare.

Boterus

Boterus regni Francici vires explicat hoc modo:

Regnum Franciæ tantã habet commeatuum copiam, ut qualemcunque exercitum in campis nutrire ſuſtentareque poſſit: commeatus enim propter fluminum commoditatem, facillime ex uno loco in alium conduci poſſunt. Quando Carolus V ex Provincia, & deinde ex Campania ingreſſus eſt Franciam, ſuſtinebat ea plus CL militum millia, ultra Præſidiarios: regnante Carolo IX & noſtris temporibus fuerunt in eo regno XX equitum, & XXX peditum extraneorum, XV equitum, & C peditum indigenarum aut naturalium millia, nec tamen regnum caritate laboravit. Sunt deinde in Francia quatuor Magnetes, qui foris ad ſe pertrahunt pecuniam: Frumenta, quæ inde in Hiſpaniam & Portugalliam vehuntur: vinum, quod in Flandriam & Angliam, & ad maris Balthici accolas mittitur: ſal, quo toti regno & regionibus vicinis proſpicitur: Provincia quoque ſal coquit in mari Mediterraneo, idque conficit Santonia ad Brovagium, ubi Solis virtus generandi, faciendi & coquendi ſal ex aqua marina

ceſſare, nec ultra Septentrionem verſus tranſire apparet. Ex aqua maris dico, quia ulterius reperitur ſal ex aqua fontium, ut in Lotharingia: & ex fontibus & mineris in diverſis locis Poloniæ, Angliæ, Germaniæ: ex mineris quoque effoſſum fuit in *Suecia*, quamvis nunc ceſſet. Tribus dictis mineris additur quarta, Cannabis & Telæ, quæ quanti cenſus ſint, vix credi queat. Is autem de eo judicium facere poterit, qui ſcit quanta ejus copia inſtruendis claſſibus, Vlyſipponenſibus & Hiſpalenſibus evehatur, & quantum in vela & funes, qui ex cannabi conficiuntur, inſumitur. Sunt ibi quoque glaſtum, crocus, aliæque res minoris momenti, quæ quamvis ſingulæ res ſupra dictas non æquent, aut rebus ſupra dictis pares non ſint, omnes tamen ſimul junctæ ad bonam (& quæ regnum ditare poſſint) ſummam aſcendunt. Propter has omnium bonorum divitias, dicebat Ludovicus XI Franciam pratum florens eſſe, quod ipſe metebat, quotiès lubebat. Maximilianus Imperator ſolebat dicere, regem Franciæ eſſe paſtorem ovium cum velleribus aureis, quas tondebat quoties ei opus eſſet. Certum profecto eſt, Reges Franciæ adeo potentes fuiſſe, ut ſi ingenio & pruden-

tia,

tia, quantum viribus facultatibuſque, valuiſſent, in ipſorum arbitrio res Europæ ſitæ fuiſſent. Sed raro accidit, ut vires comitem habeant prudentiam: eamque ob rem finxerunt Poëtæ Herculem furioſum: Ludovicus Arioſtus Rolandum fatuum, Virgilius Daretem inſolentem canunt. Græci autem Barbaros dixerunt omnes populos, qui doctrina & artibus carerent. Homerus Achillem iracundum, Martem incautum, ipſumque reti Vulcani conſtringi canit. Quæ res enim plus metuenda, aut quæ potentia magis horrenda eſſe poſſet, quam regni, quod intra ſuos limites abunde paſcit xv hominum myriadas, tantumque adhuc commeatuum habet, quantum ad paſcendum ſuſtentandumque magnum exercitum opus eſt? Abundantia enim populi & commeatuum ſunt maxime cujuſcunque regni vires. Romani tribum ruſticam maximi fecere ob hominum frequentiam, & alimentorum copiam. Quod ad reditus attinet, Ludovicus XII percipiebat ex regno Franciæ myriadem & ſemiſſem. Franciſcus I pervenit ad tres myriades, Henricus II ad ſex, Carolus IX ad ſeptem. Henricus II Carolum Imperatorem ſuperare volens, ſumenſque ab unoquoque

pecunias fœneratitias ad 16 per centũ, reliquit filios obligatos ære alieno ad 30 myriades aureorum, nec mercatores ei quadrantem credidiſſent. Vnde Carolus IX & Henricus III *ejus filii*, magis tamen hic quam ille, non *ſolum* populum, ſed & Clerum *gravare* maximis impoſitionibus coacti fuere: unde videri poteſt, divitias Principis non æſtimari debere à magnitudine redituum, ſed à bono regimine. Franciſcus enim I minoribus reditibus geſſit majora bella, reliquitque fidem apud mercatores, & paratam pecuniam filio. E contrario Henricus *longe* minora bella geſſit, reliquitque regno debita & calamitatem. Dictis reditibus aluere Reges prædeceſſores MD lancearios, & MMMMD ſagittarios, quamvis nomine fuerint quatuor lancearum, & ſex ſagittariorum millia, perpetua ſtipendia merentium. Hic equitatus nervus inter Chriſtianos pro unico aut ſolo habendus eſt. Vna lancea trahebat ſecum ſagittarium & ſemi; & ex conſequenti una turma lancearum, aliam turmam ſagittariorum, quæ ſolo ſigno diſtincta erat. Eorum enim ſignum, vulgo Guidon dicebatur, unus enim capitaneus ambabus præerat. Conficiebant itaque centum lanceæ CCL ſagittarios, præter

ipſas

ipſas lanceas. Impendebatur in hanc militiam una myrias & trecenta aureorum millia annuatim. Lancea enim recipiebat CCL aureos, ſagittarius LXXX, ſignifer CCC, legatus CCCCLXXX, capitaneus DCCCXX. Hanc militiam ad perfectionem reduxit Carolus VII, qui determinavit numerum, ſtabilivit ſtipendium, in ordinem redegit eam exercitiis, diſpoſuitque eam in locis limitaneis, ſub capitaneis, vicariis, ſigniferis, vexillariis. Diviſit quoque eam militiam in cataphractos & ſagittarios: adjunxit ei ſcutiferos, deſignatores diverſoriorum, diribitores, ſolutores, commiſſarios, ejuſque militiæ curam commiſit Conneſtabili, Mareſchallis, & præcipuis regni dynaſtis. Non multum utebantur peditatu domeſtico, præ metu tumultuum & rebellionum. Carolus VIII cognoſcens quam neceſſarius eſſet peditatus, inſtruit phalangē quinquies mille peditum Francicorum: eum numerum Franciſcus I ad 50 millia auxit, ſed ea inſtitutio in fumum abiit, propter malum regimen. Ludovicus XI ut pro libitu populum Franciæ tondere, imo excoriare poſſet, eum inermem reddidit, conduxitque ſtipendio Helvetios; quam rem imitati ſunt ipſius ſucceſſores Franciſcus & Henricus, uſique

ſunt magno Germanorum numero: ſed fallit ſeipſum, qui ſuum populum imbellem fore ſperat, ſi milites extraneos in ſuam ditionem introducit. Vſu enim armorum & periculorum belli, paratur audacia: uſus & experientia autem in ſuo regno militibus & populo communis erit, fientque illi pugnaces, ſi ſe milites eſſe profitentur: hos defendendi neceſſitas bellatores faciet. Sicut enim converſatio cum bonis facit bonos, ita & frequentatio militum facit homines pugnaces. Sunt præterea multa negotia, quæ extraneis committi non poſſunt, quia non habent locorum notitiam. Multa quoque eiſdem ob negotii pondus credi non debent. Quare neceſſe eſt, ut populi in quorum patria diu manet bellum, partim per neceſſitatem, aut ſuam, aut Principis, partim propter uſum & experientiam rerum belli, quæ ipſis quotidie accidunt, fiant bellatores, ſicut Franciæ accidit, quæ facta pace cum Hiſpanis (quamvis Helvetii & Germani abiviſſent) remanſit plena militibus Francis, qui in ea omnia ſurſum deorſum volverunt. Quod ad munitiones attinet, non alia eſt regio, in qua earum major numerus ſit: quod ex pluribus cauſis fit. Vna

eſt, quod cum regnum in plura dominia & Principatus diviſum erat, nempe Burgundiam, Britanniam ', Andegavenſem Ducatum, Normanniam, unuſquiſque ſuos fines muniverit. 2. Crevit numerus munitionum bellis Anglorum, qui magnæ Franciæ parti imperarunt. 3. Situs & natura locorum, fortificationi oportunorum, nec minus 4. diligentia & aptitudo populi ad has res, reddit faciliorem locorum munitionem. Non alia natio eſt magis induſtrioſa in muniendo, & quæ labori & ſumptibus minus parcat: nec Francia minus *fortis* eſt intus, quam in extremis finibus: Bellovacum, Trece, Aurelia, Andegavum, Biturigum civitas, quæ vernacule Bourges dicitur, Limogia, San-Florum, Carcaſſona, Sueſſionum, non cedunt fortitudine Caleto, Peronæ, Narbonæ, & aliis locis limitaneis. Aptaque eſt unaquæque hujus regni pars, ut reliquo regno pro limite ſit.

VIII.

DE RE MONETARIA ET computandi ratione.

BOdinus. In hoc quidem Imperio auri & argenti numiſmata uſque ad *Philippi Belli* ætatem puriſſima fuerunt. primus hic dimidiam æris partem miſcuit argento: (anno CIƆ CCC.) ac tametſi poſt aliquanto priſtinæ bonitati reſtituta fuiſſet, centeſimo tamen ac *vigeſimo poſt* anno argentei nummi vix tertiam argenti partem habuerunt. Carolus VII Rex ineunte imperio, *tametſi* rebus afflictis, numiſmata argenti optimi, ut populi gratiam iniret, cudi juſſit. Sed extremis fere Imperii temporibus argenteos nummos labefactavit, cum deteriores quam Philippus Bellus cudi juſſiſſet. Deinceps enim argentea numiſmata minui cœperunt, non tantum materiæ bonitate, ſed etiam pondere ipſo; quos enim ſolidos Franciſcus I Rex cudi mandavit, non tantum ſuperioribus leviores, verum etiam multo deteriores fuiſſe videmus; quippe qui duas amplius partes æris haberent, tertia pars non tota ex argento conſtabat.

Dete-

VIII.

DE RE MONETARIA ET computandi ratione.

BOdinus. In hoc quidem Imperio auri & argenti numiſmata uſque ad *Philippi Belli* ætatem puriſſima fuerunt. primus hic dimidiam æris partem miſcuit argento: (anno CIↃ CCC.) ac tametſi poſt aliquanto priſtinæ bonitati reſtituta fuiſſet, centeſimo tamen ac vigeſimo poſt anno argentei nummi vix tertiam argenti partem habuerunt. *Carolus VII Rex ineunte imperio, tametſi rebus afflictis*, numiſmata *argenti optimi*, ut populi gratiam iniret, cudi juſſit. Sed extremis fere Imperii temporibus argenteos nummos labefactavit, cum deteriores quam Philippus Bellus cudi juſſiſſet. Deinceps enim argentea numiſmata minui cœperunt, non tantum materiæ bonitate, ſed etiam pondere ipſo; quos enim *ſolidos* Franciſcus I Rex cudi mandavit, non tantum ſuperioribus leviores, verum etiam multo deteriores fuiſſe videmus; quippe qui duas amplius partes æris haberent, tertia pars non tota ex argento conſtabat. Dete-

riorem tamẽ ſolidum cudit Henricus filius: deterrimum Carolus IX, ſcilicet dimidia fere parte leviorem quam avus: admiſtis etiam duabus æris partibus, ut argenti tertia tantum pars reſtaret.

Idem. Aureus Conſtantini ſolidus, qualis eſt Anglorum Angelicus, majoribus noſtris uſitatiſſimus, paulatim pondere minutus eſt; ac ſemper minuitur Præfectorum monetalium furtis ac rapinis. quem enim *aureum veterem* appellamus, drachmam pendit: idem Carolo quinto Rege duobus ſcrupulis minutus eſt. ejus enim ponderis ſunt Franci aurei tum equites tum pedites; eadem tamen bonitate qua veteres ejuſdem ponderis cuſi ſunt Ridæi Burgundiones. hinc ad Caroli VIII regis imperium aureus tribus ſcrupulis antiquo levior, & ceratii dodrante deterior paulatim cuſus eſt. ac tametſi Franciſcus major pondere ac bonitate meliores ſignari voluiſſet, nunc tamen leviores ſcrupulo & ceratii ſemiſſe deteriores feriuntur.

Thuanus lib. VI. ad annum CIↃ IↃ L. Cum uſque adeo graſſata eſſet adulteratorum monetæ licentia, & vix ullus nummus juſto pondere reperiretur, lata lex plebi initio & privatis quibuſ-

quæ gravis, ſed qua publicæ Regni utilitati optime conſultum eſt ut ſi quid in nummis juſto ponderi deeſſet pro adulterinis reputarentur.

Idem lib. VIII. ad annum CIↃ IↃ LI. Cum ad Regem allatum eſſet, pravo more invaluiſſe, ut in contractibus rerum pretia aureis æſtimarentur, ſicque aurum omne ex Gallia occultis externorum negotiatorum artibus ſenſim exportaretur: decretum ut pretia in poſterum non niſi libris Francicis æſtimarentur. Id pro tempore ſumme utile, poſtea mutavit; aurei & argentei nummi, cujus pondus & quantitas ſpectari debet, valore per librarum, quæ arbitrariæ ſunt, multiplicationem in immenſum pretium excreſcente.

Idem lib. XII. ad annum CIↃ IↃ LIII. Fabrica monetaria Lutetiæ inſtituta eſt à Guilielmo Marillaco, in qua aurei argenteique nummi elegantiſſima forma cudebantur, ita ut fraus quæ in decurtandis aliis à plagiariis impune admittebatur, in iis facile deprehendi poſſet. Sed poſtea intermiſſa quod in ea plus formæ quam ponderis & æſtimationis ratio habita eſſet.

Idem lib. LXIV. ad annum CIↃ IↃ LXXVII. Edictum ut certa aureæ contra argenteam monetam proportio eſſet

que gravis, ſed qua publicæ Regni utilitati optime conſultum eſt ut ſi quid in nummis juſto ponderi deeſſet pro adulterinis reputarentur.

Idem lib. VIII. ad annum CIↃ IↃ LI. Cum ad Regem allatum eſſet, pravo more invaluiſſe, ut in contractibus rerum pretia aureis æſtimarentur, ſicque aurum omne ex Gallia occultis exterorum negotiatorum artibus ſenſim exportaretur: decretum ut pretia in poſterum non niſi libris Francicis æſtimarentur. Id pro tempore ſumme utile, *poſtea mutavit; aurei & argentei nummi, cujus pondus & quantitas ſpectari debet, valore per librarum, quæ arbitrariæ ſunt, multiplicationem in immenſum pretium excreſcente.*

Idem lib. XII. ad annum CIↃ IↃ LIII. Fabrica monetaria Lutetiæ inſtituta eſt à Guilielmo Marillaco, in qua aurei argenteique nummi elegantiſſima forma cudebantur, ita ut fraus quæ in decurtandis aliis à plagiariis impune admittebatur, in iis facile deprehendi poſſet. Sed poſtea intermiſſa quod in ea plus formæ quam ponderis & æſtimationis ratio habita eſſet.

Idem lib. LXIV. ad annum CIↃ IↃ LXXVII. Edictum ut certa aureæ configurationis argenteam monetam proportio eſſet

eſſet & abolito libraru
hactenus recepto uſu
contractibus & vendi
mnes aureis æſtimaren
reis jam ad quinque
ſex libras aſcendiſſet,
ſolid. deinde ad LX re

Idem lib. CXXIX. a
CII. Imprudenter per
netaria mutatio fact
ſalutari in commerci
per aureos computan
anno CIↃ IↃ LXXVII
tus fuerat, augendi pe
ginariæ ſunt, auri &
& mercium ac rerum
tem invehendi præci
ſione. nam per hæ
cum Collibiſtarum fla
ſum eſſet, hac ſola
eſt, ut nihil in jactati
peccatum ſit, cum in
illud edictum anni
res deveniſſent, ut c
libras uſque excreviſſ
mi tam exteri, qua
cuſi aurei & argent
tione valorem ſuur
bonis nemo ſciret q
que re in deliberatio
deducta, ubi ex trib

item ex monetaria & urbis ordinibus, peritiores ad multam noctem ſententiam dixerunt, magno conſenſu ac paucis diſſentientibus, coram ipſis aulæ proceribus convenerat ut nihil in uſu recepto innovaretur. Vicit tamen experimenti tam diverſis temporibus probati fidem & auctoritatem impatiens repulſæ animus, qui quod ſemel voluerat, non obtinere, ad injuriam referebat. Igitur conditum edictum Moncelli menſe Septembri, & in Curiam allatum, ſemel atque iterum poſt unam atque alteram juſſionem rejectum,& rationes refutati edicti ſcripto breviter comprehenſas, Iacobus Aug. Thuanus cum Antonio Seguierio & aliquot Senatoribus (nam alii præſides morbo attinebantur) è veſtigio ad Regem pertulit;quæ ſtomachoſe exceptæ, & ſeorſim à Senatus delegatis, quod numquam antea fuerat factum, lectæ ſunt, & de plano reſponſum, edictum adverſus rationes ſcripto comprehenſas præponderare debere, ac proinde velle, ut ſine ulteriore mora promulgaretur. Igitur promulgatio, poſt enixum Regis mandatum ſæpius repetitum,& rationes ſcripto expoſitas, propter quas Curia edictum huc uſque inhibuerat, ſicuti in actis continetur,

tandem

item ex monetaria & urbis ordinibus
peritiores ad multam noctem ſenten-
tiam dixerunt, magno conſenſu &
paucis diſſentientibus, coram ipſis an-
te proceribus convenerat ut nihil in
uſu recepto innovaretur. Viſi tamen
experimenti tam diverſis temporibus
probati fidem & auctoritatem impa-
tiens repulſæ animus, qui quod ſemel
voluerat, non obtinere, ad injuriam
referebat. Igitur conditum edictum
Moncelli menſe Septembri, & in Cu-
riam allatum, ſemel atque iterum poſt
unam atque alteram juſſionem rejecti-
ctum, & rationes refutati edicti ſcripto
breviter comprehenſas, Iacobus Aug.
Thuanus cum Antonio Seguierio &
aliquot Senatoribus (nam alii præſides
morbo attinebantur) è veſtigio ad Re-
gem pertulit; quæ ſtomachoſe exceptæ,
& ſeorſim à Senatus delegatis, quod
numquam antea fuerat factum, lectæ
ſunt, & de plano reſponſum, edictum
adverſus rationes ſcripto comprehen-
ſas præponderare debere, ac proinde
velle, ut ſine ulteriore mora promul-
garetur. Igitur promulgatio, poſt ite-
ratum Regis mandatum ſæpius repeti-
tum, & rationes ſcripto expoſitas, pro-
pter quas Curia edictum huc uſque in-
hibuerat, ſicuti in actis continetur,
tandem

tandem facta xvi Kalend. Octobres.
Idem in Rationalium & Vectigalium
curiis factum. majore plauſu apud ju-
dices monetarios res acta, qui ſoli ab
initio edictum probaverant. Ei quæſi-
tus color, quod libra omiſſa, quæ ter-
tiam tantum partem tunc aurei facie-
bat, luxui & profuſioni per aureos
computandi uſus portam aperuiſſet,
quaſi non potius à morum cenſura &
ſumtuariis legibus huic malo reme-
dium quærendum fuerit. Sed experi-
mento poſtea compertum, quod anno
CIↃ IↃ LXXVII ad ſiſtendum in num-
mis per libras pretii incrementum de-
cretum fuerat, prudentiſſime factum
fuiſſe, eoque abrogato, incommodum
idem, quod antea, invaluiſſe, quod tan-
dem nummi aurei augendi & per illud
incrementum mercium pretium, præ-
cipue externarum, pariter augendi ne-
ceſſitatem impoſuit, ſicuti ſuo loco, ſi
eo uſque progredi Deus conceſſerit,
plenius dicetur.

IX. RE-

IX.

REGNI REDITVS QVIBVS rebus conſtent.

I. *Patrimonium regium, vulgo* le Domaine.

D*V Haillan*. Patrimonium regni eſt maxime legitimus & certiſſimus Regum reditus;eo Reges Galliæ longo tempore contenti fuerunt: ſunt autem in Gallia, terræ & dominia coronæ annexa, cenſus, annui reditus, quos principes impoſuerunt terris ab ipſis in Nobiles aut alios collatis, ſive ad certum tempus, ſive in perpetuum: Quintæ & Requintæ, ut vocant, & alia jura dominica, quæ debentur ab illis, qui ea in feudum tenent, & aut quotannis ſolvuntur, aut cum tenens mutatur ſive per mortem, ſive aliam ob cauſam. Item tributa & vectigalia, impoſitiones, portoria eorum quæ aut invehuntur aut evehuntur: dinumeratio ſive profeſſio rerum beneficialium ſive clientelarium: adeſpota (*eſpaues*) caduca bona (*aubaines*) peregrinorum aut ſpuriorum, niſi aut illi jus civitatis, aut hi legitimationis obtinuerint: aut alioqui

IX.

REGNI REDITVS QVIBVS rebus conſtent.

I. *Patrimonium regium, vulgo* le Domaine.

D*V Haillan. Patrimonium regni eſt maxime legitimus & certiſſimus Regum reditus, eo Reges Galliæ longo tempore contenti fuerunt: ſunt autem in Gallia, terræ & dominia coronæ annexa, cenſus, annui reditus, quos principes impoſuerunt terris ab ipſis in Nobiles aut alios collatis, ſive ad certum tempus, ſive in perpetuum:* Quintæ & Requintæ, ut vocant, & alia jura dominica, quæ debentur ab illis, qui ea in feudum tenent, & aut quotannis ſolvuntur, aut cum tenens mutatur ſive per mortem, ſive aliam ob cauſam. Item tributa & vectigalia, impoſitiones, portoria eorum quæ aut invehuntur aut evehuntur: dinumeratio ſive profeſſio rerum beneficialium ſive clientelarium: adeſpota (*eſpaves*) caduca bona (*aubaines*) peregrinorum aut ſpuriorum, niſi aut illi jus civitatis, aut hi legitimationis obtinuerint: aut alioqui

alioqui defectu hæred
nus mortuæ;(ut voca
aut Eccleſiaſticæ aut
ſcripticiorum: Nemo
glandium aut amygd
tus, paſcua, aquæ, riv
trajectu illorum ſolv
omnium metallorum
aliorum quæ per tot
ræ venis continentur
quæ Rex poſſidet in
bus & Epiſcopatibus I
perfruendi bonis &
tum, donec qui in
ſuffectus eſt, præeunt
rejurando fidem Regi

Patrimonium aut
eſt, & non tam Regis
que per ſe alienari nc
duobus caſibus: per aſ
minoribus Regum fi
nia & terræ aſſignai
gium, cum conditic
deficientibus ad coro
venditionem pro pa
ceſſitate id exigente
menti præeunte. Ve
que donatur, & no
rebus inutilibus ven
putent alienari non
ſu ordinum Regni

belli, cum hoſtes Regnum ſunt ingreſſi.

Bodinus. Dominium autem rerumpublicarum Principis non eſſe Reges noſtri agnoſcunt & confitentur. Nam Carolus VII R. prædiorum publicorum oppignorationem fieri noluit, niſi ſenatus id procuratore fiſci rogante decreviſſet, ut in actis Curiæ Pariſiorum videmus.

Idem. Franciſcus II R. ineunte imperio magiſtratibus & procuratoribus ſuis mandavit, ut publica prædia à poſſeſſoribus privatis vindicarentur; quo edicto graviter conqueſtus eſt, publicas opes ſic afflictas eſſe, ut quæ prædia publica, juraque prædiatoria reſtarent, vix oneribus prædiorum ſubeundis ſufficerent: ſed his temporibus querendi habent poſteri, quam ille, cauſam graviorem, quum nihil amplius quod diſtrahi poſſit reſtare videatur.

Thuan. lib. LXIII. Henricus tertius in comitiis Blæſenſibus propoſuit, decreviſſe ſe c aureorum millia ex regio patrimonio in perpetuum alienare; ſed Æmarus Burdigalenſis Præſes Ordinum nomine reſpondit, nullo caſu alienari à Rege patrimonium Coronæ poſſe, quippe cuius Rex tantum ſit uſufructuarius, proprietate penes Regnum manen-

manente; quam nullo tempore alienatam, ne quidem extrema neceſſitate cogente, cum Ioannes R. apud Anglos captivus eſſet, meminerunt homines. Quippe fulcrum & columen regni illud eſſe, quod ſacrum inviolabile & proinde inalienabile majores ſemper exiſtimaverint.

2. *Tributa, Tailles, Taillon, les Crues.*

Du Haillan. Patrimonium ſequuntur tributa (vulgo *Tailles*.) Quæ quo primum tempore in Gallia ſint inſtituta incertum eſt: & ſuperioribus temporibus non niſi extra ordinem & belli tempore imponebantur. Carolus autem VII ordinariam fecit hanc exactionem ut militibus ſufficeret. Tributa autem hæc non niſi à tertio ordine id eſt plebeis hominibus ſolvuntur, præterquam in urbibus & villis quæ immunes ſunt. Tributa autem hæc diſtinguuntur in Perſonalia & Realia; quorum tantum in Provincia & Languedocia uſus eſt; & mixta, quæ hodie maxime in *uſu*, quæ domiciliis imponuntur, habita ratione omnium bonorum quæ à tributis addicto ubicunque poſſidentur.

Exemti à tributis ſunt primum Eccleſiaſtici, modo Eccleſiaſtice agant, id eſt, nullam mercaturam aut aliquod munus agricolarum aut aliud vocatione ſua indignum exerceant. Secundo Nobiles qui ſunt duplicis generis, ex origine aut per accidens, quales ſunt miniſtri aut familiares Regis, Reginarum, filiorum & filiarum Regis, fratrum & ſororum: modo non exerceant mercaturam; quibus tamen fructus & proventus terræ venundare licet. Præterea milites, eorumque Tribuni, legati, ſigniferi, aliique miniſtri militares; monetarii; Secretarii regii; Rectores univerſitatum, præfecti collegiorum, ſcribæ, pedelli, ſtudioſi, medici, præſides, conſiliari, advocati, procuratores, graphiarii, apparitores, aliique Officiales.

Tributi additamentum (*taillon* vulgo) ab Henrico II anno 1549. adjectum, ut militaribus copiis melius proſpiceretur, & ruſtici ab eorum deprędationibus eſſent immunes: quæ tum extra ordinem inſtituta, lapſu temporis non minus quam ipſa tributa in perpetuum obtinuerunt. His acceſſerunt *les Crues* ſive additamenta tributorum, cum vetera tributa nequaquam militum ſtipendiis ſufficerent.

Vt

Vt autem pateat quantum Rex quotannis ex hiſce tributis percipiat, non abs re fuerit hic addere è libro qui inſcribitur *les Eſtats, Empires, Royaumes & principautez du monde par le S. D. T. V. Y.* &c. Compendium è Breviculo tributorum anni 1609. omnium ſummarum quæ exactæ fuerunt è tributis & additamentis, & Officialium ſtipendiis; ſecundum ordinem ſingularum Generalitatum.

E generalitate Pariſiorum:	
pro tributis	lib. 769000
pro ſtipendiis Officialium	147000
E generalitate Sueſſionum:	
pro principalibus tributis	362465
pro ſtipendiis Officialium	3624
Cabilonum, *Chalons:*	
pro tributis principalibus	473000
pro ſtipendiis Officialium	72000
Ambianum *Amyens;*	
pro univerſis tributis	263000
pro ſtipendiis Official.	36000
Rotomagi *Rouen:*	
pro univerſo tributo	1.072000
pro ſtipendiis Official.	11000
Cadomi *Caen:*	
pro tributo,	638280
pro ſtipend. Official.	9720
Aureliani *Orleans:*	
pro tributo	537500

pro ſtipendiis official.	70500
Cæſaroduni, *Tours:*	
pro tributo	919000
pro ſtipendiis official.	102000
Bourges:	
pro tributo	360740
pro ſtipend. official.	4960
Moulins:	
pro tributo	423993
pro ſtipend. official.	66406
Pictavii, *Poictiers:*	
pro tributo	670000
pro ſtipend. official.	75000
Rion:	
pro tributo	656000
pro ſtipend. official.	9000
Lugduni, *Lyon:*	
pro tributo	865000
pro ſtipendiis official.	45000
Burdegalæ, *Bourdeaux:*	
pro tributo	623036
pro ſtipend. official.	40663
Languedoc, Tholoſæ & Montpell.	
in univerſum,	751517
In Delphinatu:	
in univerſum,	77673
In Provincia, *Provence;*	
in univerſum	86463
In Burgundia & Breſſia:	
pro tributo regio	168250
pro ſtipend. official.	9445

In

In Britannia:
in univerſum 380460
In Lemovicibus:
pro tributis & additament. 670000
pro ſtipend. official. 75000

3. *Auxilia vel ſubſidia, vulgo Aydes.*

Du Haillan. Subſidia primum Rege Ioanne in Anglia captivo per ſummam neceſſitatem impoſita, in comitiis Ordinum à Carolo Delphino convocatis: impoſitis duodecim denariis in ſingulas libras omnium rerum venalium, excepto ſale, vino aliiſque potionibus: ſed poſtea perpetua ſunt effecta atque aucta per vigeſimam & octavam vino impoſitam, quod in ſolidum; & octavam atque quartam, uti in Normannia, quod particulatim venditur: & aliis mercibus per impoſitiones forenſes: ſali quoque quum in granariis ut vocant venditur. Quæ impoſitiones Salinariæ ſæpius in immenſum auctæ variis ſeditionibus cauſam præbuerunt.

4. *Gabella Salis.*

Du Haillan, Gabella ut vocant Salis,

 obſcuræ

ut ex ore conductoris audivi & in contractu cum Rege facto legi.

5. Equipollent.

Du Haillan. Eſt tributum quoddam quo libertas ſalem emendi vendendique extra regia horrea à provincialibus redimitur; quod licet omnes indifferenter concernat, tamen ab iis ſolum exigitur qui tributis addicti ſunt.

Bodinus. Vectigal auxiliare, ſeu viceſimam rerum venalium, quæ nobis primum indicta fuit pro libertate Regis Ioannis, ad certam ſummam redigi neceſſe fuit, quam Æquipollentem appellant, ut in Septimania: & Salarium Vectigal in Arnernis.

6. Vectigal vini.

Du Haillan. Vectigal vini perantiquum eſt in Francia, & ſæpius mutavit. Carolus IX anno 1561 quinque ſolidos unicuique dolio impoſuit, minoribus vaſis ſecundum proportionem. Exigitur autem ab omni vino quod in oppida muris cincta & ſuburbia illorum importatur; ſive ut ibidem recondatur donec alio transferri poſſit, ſive ut exhauriatur. Tributum hoc ſolummodo deſtinatum erat redimendo patrimonio, ſubſidiis & gabellis regiis per ſummam

mam neceſſitatem abalienatis aut oppignoratis. Neque quiſquam ab hoc vectigali immunis, præterquam de vino in propria villa nato & quantum familiæ ſufficit.

7. Portoria, Traitte Foraine.

Du Haillan. Mercibus è Regno exportandis vectigal primum impoſuit Carolus V. R. anno cIↃ ccc LXXVI, ſed ad tempus: quod deinde anno cIↃ ccc XCII continuatum: Carolus VII R. conſtitutionem edidit, qua quantum perſolveretur & a quibus exigeretur perſcriptum erat. Carolus VIII alteram edidit anno cIↃ cccc LXXXVIII. Itemque Franciſcus I anno cIↃ IↃ XL & XLII certa pretia mercibus conſtituit, ſecundum quę vectigal hoc ſolvendum erat. Eodem modo & de mercibus quæ importantur variis edictis cautum.

8. *Tributum ad* L. *mill. militum ſtipendia.*

Haillan. Tributum quoque impoſitum ad quinquaginta mill. peditum ſtipendia ſolvenda, à Franciſco I. Quod cum primum ab oppidanis tantum

qui urbes mœnibus & foſſis cinctas aut illarum ſuburbia habitant, ſolueretur, poſtmodum etiam à paganis exigi cœpit, neque quiſquam ab hoc immunis eſt habitus.

Thuanus lib. XLII. Præter regium patrimonium & alia Regni vectigalia Carolus VII bellis civilibus diu jactatus princeps, cum provideret magnam potentiam haud diu ſine motibus ſtare poſſe, ſumma prudentia tributum peculiare ad alendum militem excogitavit, quod ad ℒ CIↃ peditũ ſtipendium ſatis eſſet, & aliud quod ordinariis cataphractorum equitumturmis deſtinatum eſt,& ita diu apud nos inter graviſſima bella quæ reges noſtri geſſere, militaris diſciplina viguit, Regibus honorifica nec populo gravis: donec per bella civilia & eorũ qui in gratia apud reges noſtros præter meritum floruerunt, avaritiam, exhauſto ærario, antiqua illa vectigalia cum cæteris confuſa ſunt; quo factum ut diſciplina ſenſim labefactari, mores corrumpi, milites egere, plebs novis ſubinde imperatis vectigalibus gravari, & diſcurrente ad rapinas ſtipendii inopia milite, vexari cœperit.

9. *Deci-*

9. *Decimæ.*

Haillan. Decimarum item exactio antiquiſſima eſt; quas Reges noſtri percipiunt non tantum ex bonis eccleſiaſticis quæ ipſi fundarunt, quorumq; ipſi ſunt patroni; ſed & ex omnibus ratione temporaliũ. Soluuntur autem in loco diœceſeos principali & ab omnibus qui habent reditus certos & ordinarios. Excipiuntur Xenotrophia & alia Eleemoſynaria.

10. *Thuan. lib.* III. In ingreſſu Regni pro venalibus militiis, immunitatibus, aliiſque regum benignitate conceſſis privilegiis grandis pecunia *corradi ſolet.*

11. Idem. ibidem. Cum lege Regni Sacerdotum collegia *res ſoli* & immobiles: ignobiles autem prædia *nobilia* & *patronalia* poſſidere prohibeantur, quadrageſimo quoque anno, ne ultra præſcriptio excurrat, eo nomine magna pecunia dependi ſolet.

Idem lib. VIII. Eodem tempore ſeptimani fundorũ patronalium & nobilium quæ ab ignobilibus poſſidentur, poſſeſſionum item ſacerdotalium cauſa c nummum Francicorum mill. penderunt; cujus rei ratione ſingulis XL annis ab omnibus regni provinciis

ingentes

ingentes ſummas principibus noſtris exigere jus eſt.

12. *Officia publica venalia.*

Bodinus. Franciſcus I. Rex Præturas urbanas hujus imperii bifariam diviſit, & utraſque proſcripſit, ac ſenſim cætera quoque venalia fuerunt.

Boterus lib. 11. In Gallia ab exceſſu Ludovici XII magiſtratus & præfecturæ forenſes ſub Franciſco I venales eſſe cæperunt. Receptum autem erat, ut niſi ejurantes magiſtratus & præfecturas à die procuratorii, quadrageſimum diem ſuperſtites exceſſiſſent, eorum fato caducæ fierent; valetudinarii ſeneſque metuentes ſuis exuviis ne in fiſcum caderent, mature nimium Ordinibus ſe ſubducebant: latum edictum pro nequitia temporum non damnandum, quo Rex perſoluto ſibi annuatim certo nummo, præfecturæ eorum fiſco non accreſcerent, ſed fas eſſet hæredibus ex illis pretium contrahere, non aliter quam ex prædiis vel alia quacunque re hæreditaria fieri ſolet, edixit. Edictum ab illo, qui colligendis nummis illis præfectus fuit nomen ſortitur, *la paulette* vulgo.

Thuan. lib. LIX. Henricus III. in ipſo Regni ingreſſu conſtituit dignitatibus

ingentes ſummas principibus noſtri exigere jus eſt.

12. *Officia publica venalia.*

Bodinus. Franciſcus I. Rex Præturas urbanas hujus imperii bifariam diviſit, & utraſque proſcripſit, ac ſenatus cætera quoque venalia fuerunt.

Beterus lib. II. In Gallia ab exceſſu Ludovici XII magiſtratus & præfecturæ forenſes ſub Franciſco I venales eſſe cæperunt. Receptum autem erat, ut niſi ejurantes magiſtratus & præfecturas à die procuratorii, quadrageſimum diem ſuperſtites exceſſiſſent, eorum fato caducæ fierent; valetudinarii ſeneſque metuentes ſuis exuviis ne in fiſcum caderent, mature nimium Ordinibus ſe ſubducebant: latum edictum pro nequitia temporum non damnandum, quo Rex perſoluto ſibi annuatim certo nummo, præfecturæ eorum fiſco non accreſcerent, ſed fas eſſet hæredibus ex illis pretium contrahere, non aliter quam ex prædiis vel alia quacunque re hæreditaria fieri ſolet, edixit. Edictum ab illo, qui colligendis nummis illis præfectus fuit nomen ſortitur, *la paulette* vulgo.

Thuan. lib. LIX. Henricus III. in ipſo Regni ingreſſu conſtituit dignitatibus

tibus primariis & pra
bus immodicum pre
dignis & qui virtutis
à Regibus meruerant
que in indignos tran

Idem lib. CXXXII, a
Extremo demum an
chione authore pern
ti res invaluit, qua
apud nos innumera
lia quam quæſtoria,
quata ſunt, & turpiſ
ne æque propudioſe p
nua penſitatione, qu
ſumſit, juxta taxati
factam impoſita; qua
ginta dies conſtitutio
finitos expectare min
illa ad ſucceſſorem
tranſeant; ſed hæred
de iis tanquam de re
adeo hæreditaria arbi
quod non ſolum di
eventu ſumme detr
& Regno fuit, atque
gulis, aucto in imm
ſpem fidemque preti
trimonia plerumque
fiat, ut ſi plures ſint
ea retinere poſſit, ſi
num & avitum quo ſ

per incrementum illud amittatur. His accedit quod aperta ſemel ad pecuniam via nullus virtuti locus relinquitur. Sed authoritatis regiæ præcipuum in ea re diſcrimen verſabatur, quæ beneficentia ſua per has nundinationes omnino exuitur: adde quod officia illa innumera ad antiquum numerũ contrahendi, quod ſemper inter Ordinum poſtulata præcipuum fuit, & utilitate quæ numero crevit, ſublata, priſtinam dignitatem reſtituendi facultas in poſterum adimitur. Adutiſus hæc à Rhonio objiciebatur, dignitates, honores, officia jam non Regis beneficium eſſe, *ſed aulicis prenſationibus ad conciliandos* amicos aut explendam profuſionem in prædam cedere. nec ferre publicam egeſtatem, ut de contrahendo Officialium numero impræſentiarum ratio ineatur; itaque potius eſſe ut quod ſingulorum avaritia aut prenſatio rapiebat, id ærario, quod univerſi regni onera ſuſtinet ſupplendo impendatur. Et ita Regi qui ægre ad donandum cogebatur, ære offenſam veritus recuſabat, ut ſe ab hac moleſtia liberaret, expedire viſum.

Soluendi erant annuatim quatuor denarii pro una quaque libra pretii pro ipſo officio perſoluti. Et Rex quotannis

nis percipiebat quatuordecies centum millia librarum ſupra quam ante perceperat.

Anno CIↃ IↃ CXIV. Regni ordines poſtularunt à Rege, ut venalitas officiorum & præſertim Edictum de annua penſitatione quam vocant *la Paulette* abrogaretur; multa ultro citroq; agitata; aliis venalitatem officiorum damnantibus, aliis excuſantibus: etiam media à quibuſdam propoſita quibus officia intra certum tempus ſine diſpendio Regii ærarii redimerentur. Verum cum à Deputatis plebei ordinis, præter alias difficultates etiam impoſſibile videretur, ducentas myriades librarum, quibus ad redemtionem officiorum opus erat, Regi comparare; alia rurſus media propoſita: & imprimis ut officia omnia poſt mortem præſentium ſine ullo pretio gratis à Rege conferrentur: utque ærarioRegio, cui quotannis quindecies centena millia librarum hoc facto deceſſura erant, ſubveniretur, triginta ſolidi in ſingulis ſalis modios imponerentur in iis provinciis in quibus ſalariũ vectigal ſolvitur, in exemtis vero quod illis æquipolleat: idque ad decennium; quo tempore per ſuppreſſionem multorum officiorum, expenſæ regii ærarii in tantum

tum

Exemti à tributis ſunt primum Eccleſiaſtici, modo Eccleſiaſtice agant, id eſt, nullam mercaturam aut aliquod munus agricolarum aut aliud vocatione ſua indignum exerceant. Secundo Nobiles qui ſunt duplicis generis, ex origine aut per accidens, quales ſunt miniſtri aut familiares Regis, Reginarum, filiorum & filiarum Regis, fratrum & ſororum: modo non exerceant mercaturam; quibus tamen fructus & proventus terræ venundare licet. Præterea milites, eorumque Tribuni, legati, ſigniferi, aliique miniſtri militares; monetarii; Secretarii regii; Rectores univerſitatum, præfecti collegiorum, ſcribæ, pedelli, ſtudioſi, medici, præſides, conſiliari, advocati, procuratores, graphiarii, apparitores, aliique Officiales.

Tributi additamentum (*taillon* vulgo) ab Henrico II anno 1549. adjectum, ut militaribus copiis melius proſpiceretur, & ruſtici ab eorum deprędationibus eſſent immunes: quæ tum extra ordinem inſtituta, lapſu temporis non minus quam ipſa tributa in perpetuum obtinuerunt. His acceſſerunt *les Crues* ſive additamenta tributorum, cum vetera tributa nequaquam militum ſtipendiis ſufficerent.

Vt

Vt autem pateat quantum Rex quotannis ex hiſce tributis percipiat, non abs re fuerit hic addere è libro qui inſcribitur *les Eſtats, Empires, Royaumes & principautez du monde par le S. D. T. V. Y.* &c. Compendium è Breviculo tributorum anni 1609. omnium ſummarum quæ exactæ fuerunt è tributis & additamentis, & Officialium ſtipendiis; ſecundum ordinem ſingularum Generalitatum.

E generalitate Pariſiorum:	
pro tributis	lib. 769000
pro ſtipendiis Officialium	147000
E generalitate Sueſſionum:	
pro principalibus tributis	362465
pro ſtipendiis Officialium	3624
Cabilonum, *Chalons:*	
pro tributis principalibus	473000
pro ſtipendiis Officialium	72000
Ambianum *Amyens;*	
pro univerſis tributis	263000
pro ſtipendiis Official.	36000
Rotomagi *Roven:*	
pro univerſo tributo	1.072000
pro ſtipendiis Official.	11000
Cadomi *Caen:*	
pro tributo,	638280
pro ſtipend. Official.	9720
Aureliani *Orleans:*	
pro tributo	537500

pro ſtipendiis official.	70500
Cæſaroduni, *Tours:*	
pro tributo	919000
pro ſtipendiis official.	102000
Bourges:	
pro tributo	360740
pro ſtipend. official.	4960
Moulins:	
pro tributo	423993
pro ſtipend. official.	66406
Pictavii, *Poictiers:*	
pro tributo	670000
pro ſtipend. official.	75000
Rion:	
pro tributo	656000
pro ſtipend. official.	9000
Lugduni, *Lyon:*	
pro tributo	865000
pro ſtipendiis official.	45000
Burdegalæ, *Bourdeaux:*	
pro tributo	623036
pro ſtipend. official.	40663
Languedoc, Tholoſæ & Montpell.	
in univerſum,	751517
In Delphinatu:	
in univerſum,	77673
In Provincia, *Provence;*	
in univerſum	86463
In Burgundia & Breſſia:	
pro tributo regio	168250
pro ſtipend. official.	9445

In

In Britannia:	
in univerſum	380460
In Lemovicibus:	
pro tributis & additament.	670000
pro ſtipend. official.	75000

3. *Auxilia vel ſubſidia, vulgo Aydes.*

Du Haillan. Subſidia primum Rege Ioanne in Anglia captivo per ſummam neceſſitatem impoſita, in comitiis Ordinum à Carolo Delphino convocatis: impoſitis duodecim denariis in ſingulas libras omnium rerum venalium, excepto ſale, vino aliiſque potionibus: ſed poſtea perpetua ſunt effecta atque aucta per vigeſimam & octavam vino impoſitam, quod in ſolidum; & octavam atque quartam, uti in Normannia, quod particulatim venditur: & aliis mercibus per impoſitiones forenſes: ſali quoque quum in granariis ut vocant venditur. Quæ impoſitiones Salinariæ ſæpius in immenſum auctæ variis ſeditionibus cauſam præbuerunt.

4. *Gabella Salis.*

Du Haillan, Gabella ut vocant Salis,

 obſcuræ

obſcuræ originis & ſuperioribus ſeculis non niſi extra ordinem conſtituta; à Carolo quinto R. ordinaria facta anno 1369. quæ primum exigua fuit. Sed Franciſcus I. illam in immenſum auxit anno 1542. viginti quatuor lib. in ſingulos modios impoſitis.

Thuanus lib. v. *Hiſtor.* Sal in regia horrea certis locis diſpoſita reconditur, pœna capitis in illos ſancita qui aliunde quam in illis horreis emerint, ne vectigalibus, quæ gravia ſunt, fraus fiat: Franciſcus lege lata in ipſis Salinis vectigal capi voluit, aucto ſupra modum pretio, in eam rem paulo antequam moreretur plures præfectos ac miniſtros inſtituit.

Idem lib. VI. ad annum 1549. Pictones, Rupellani, & Alnetenſis Regio, Engoliſmenſes, Lemovices, Petrocorii & Santones miſſis è ſuo numero delegatis ad Henricum II. R. qui tunc in Ambianis erat, impetràverunt ut quæ à Franciſco parente de inferendo in publica horrea ſale conſtituta fuerant, quod ſeditionibus in illis regionibus exortis cauſam dederant, abrogarentur, & recepto more ſalis venalis vectigal triente ac beſſe definiretur.

Idem lib. XIII. ad ann. 1554. Lex durior in Senatu recitata VI Idus Ianuar. qua

qua Pictones, Rupellani ac Circum-Inſulani, Engoliſmenſes, Lemovices, Petrocorii, Santones, & Aquitani qui vulgo dicuntur, ſalis vectigal, quod iis provinciis impoſitum erat, undecies centum nonaginta quatuor millibus francicûm nummûm redimere compellantur.

Bodinus. Noſtra ætate in Salinis Pictonum modius ſalis, qui duobus aureis emi ſolebat Pariſiorum menſura, nunc viginti aureis emitur; *vectigal* tamen ſubditis duplo gravius quam ſalis pretium imperatur; quo fit ut qui longius à *Salinis* abſunt in Galliæ finibus ſalis modium centum amplius aureis emere cogantur. Aquitani tamen *vectigal* tantum ac tam grave ingenti mercede redemerunt ab Henrico II. R.

Maſſon. Sunt autem Salinæ Santonicæ inter omnes præcipui nominis, tantique proventus ut non ſolum Franciæ univerſæ, ſed etiam Hiſpaniæ &c. ſufficiant, ad eaſque infinitæ naves quotannis hujus commercii gratia accedant; unde non exilis pecunia redit ad Principem qui vectigal ſalis hoc anno CIↃ IↃ CVIII locat quatuor myriadibus librarum Turonenſium, & ſexcentis viginti uno millib. Francicis,

ut ex ore conductoris audivi & in contractu cum Rege facto legi.

5. *Equipollent.*

Du Haillan. Eſt tributum quoddam quo libertas ſalem emendi vendendique extra regia horrea à provinčialibus redimitur; quod licet omnes indifferenter concernat, tamen ab iis ſolum exigitur qui tributis addicti ſunt.

Bodinus. Vectigal auxiliare, ſeu viceſimam rerum venalium, quæ nobis primum indicta fuit pro libertate Regis Ioannis, ad certam ſummam redigi neceſſe fuit, quam Æquipollentem appellant, ut in Septimania: & Salarium Vectigal in Arnernis.

6. *Vectigal vini.*

Du Haillan. Vectigal vini perantiquum eſt in Francia, & ſæpius mutavit. Carolus IX anno 1561 quinque ſolidos unicuique dolio impoſuit, minoribus vaſis ſecundum proportionem. Exigitur autem ab omni vino quod in oppida muris cincta & ſuburbia illorum importatur; ſive ut ibidem recondatur donec alio transferri poſſit, ſive ut exhauriatur. Tributum hoc ſolummodo deſtinatum erat redimendo patrimonio, ſubſidiis & gabellis regiis per ſummam

mam neceſſitatem abalienatis aut oppignoratis. Neque quiſquam ab hoc vectigali immunis, præterquam de vino in propria villa nato & quantum familiæ ſufficit.

7. Portoria, Traitte Foraine.

Du Haillan. Mercibus è Regno exportandis vectigal primum impoſuit Carolus V. R. anno CIↃ CCC LXXVI, ſed ad tempus: quod deinde anno CIↃ CCC XCII continuatum: Carolus VII R. conſtitutionem edidit, qua quantum perſolveretur & a quibus exigeretur perſcriptum erat. Carolus VIII alteram edidit anno CIↃ CCCC LXXXVIII. Itemque Franciſcus I anno CIↃ IↃ XL & XLII certa pretia mercibus conſtituit, ſecundum quę vectigal hoc ſolvendum erat. Eodem modo & de mercibus quæ importantur variis edictis cautum.

8. *Tributum ad* L. *mill. militum ſtipendia.*

Haillan. Tributum quoque impoſitum ad quinquaginta mill. peditum ſtipendia ſolvenda, à Franciſco I. Quod cum primum ab oppidanis tantum

 qui

qui urbes mœnibus & foſſis cinctas aut illarum ſuburbia habitant, ſolueretur, poſtmodum etiam à paganis exigi cœpit, neque quiſquam ab hoc immunis eſt habitus.

Thuanus lib. XLII. Præter regium patrimonium & alia Regni vectigalia Carolus VII bellis civilibus diu jactatus princeps, cum provideret magnam potentiam haud diu ſine motibus ſtare poſſe, ſumma prudentia tributum peculiare ad alendum militem excogitavit, quod ad I CIϽ peditũ ſtipendium ſatis eſſet, & aliud quod ordinariis cataphractorum equitumturmis deſtinatum eſt, & ita diu apud nos inter graviſſima bella quæ reges noſtri geſſere, militaris diſciplina viguit, Regibus honorifica nec populo gravis: donec per bella civilia & eorũ qui in gratia apud reges noſtros præter meritum floruerunt, avaritiam, exhauſto ærario, antiqua illa vectigalia cum cæteris confuſa ſunt; quo factum ut diſciplina ſenſim labefactari, mores corrumpi, milites egere, plebs novis ſubinde imperatis vectigalibus gravari, & diſcurrente ad rapinas ſtipendii inopia milite, vexari cœperit.

9. *Decima.*

Haillan. Decimarum item exactio antiquiſſima eſt ; quas Reges noſtri percipiunt non tantum ex bonis eccleſiaſticis quæ ipſi fundarunt, quorumq; ipſi ſunt patroni; ſed & ex omnibus ratione temporaliū. Soluuntur autem in loco diœceſeos principali & ab omnibus qui habent reditus certos & ordinarios. Excipiuntur Xenotrophia & alia Eleemoſynaria.

10. *Thuan. lib.* III.In ingreſſu Regni pro venalibus militiis, immunitatibus, aliiſque regum benignitate conceſſis privilegiis grandis pecunia corradi ſolet.

11. Idem. ibidem. Cum lege Regni Sacerdotum collegia *res* ſoli & immobiles: ignobiles autem prædia nobilia & patronalia poſſidere prohibeantur, quadrageſimo quoque anno, ne ultra præſcriptio excurrat, eo nomine magna pecunia dependi ſolet.

Idem lib. VIII. Eodem tempore ſeptimani fundorū patronalium & nobilium quæ ab ignobilibus poſſidentur, poſſeſſionum item ſacerdotalium cauſa c nummum Francicorum mill. pependerunt; cujus rei ratione ſingulis XL annis ab omnibus regni provinciis ingentes

ingentes ſummas principibus noſtris exigere jus eſt.

12. *Officia publica venalia.*

Bodinus. Franciſcus I. Rex Præturas urbanas hujus imperii bifariam diviſit, & utraſque proſcripſit, ac ſenſim cætera quoque venalia fuerunt.

Boterus lib. 11. In Gallia ab exceſſu Ludovici XII magiſtratus & præfecturæ forenſes ſub Franciſco I venales eſſe cœperunt. Receptum autem erat, ut niſi ejurantes magiſtratus & præfecturas à die procuratorii, quadrageſimum diem ſuperſtites exceſſiſſent, eorum fato caducæ fierent; valetudinarii ſeneſque metuentes ſuis exuviis ne in fiſcum caderent, mature nimium Ordinibus ſe ſubducebant: latum edictum pro nequitia temporum non damnandum, quo Rex perſoluto ſibi annuatim certo nummo, præfecturæ eorum fiſco non accreſcerent, ſed fas eſſet hæredibus ex illis pretium contrahere, non aliter quam ex prædiis vel alia quacunque re hæreditaria fieri ſolet, edixit. Edictum ab illo, qui colligendis nummis illis præfectus fuit nomen ſortitur, *la paulette* vulgo.

Thuan. lib. LIX. Henricus III. in ipſo Regni ingreſſu conſtituit dignitatibus

tibus primariis & præfecturis militaribus immodicum pretium, quo eas à dignis & qui virtutis ac fidei ergo illas à Regibus meruerant, mercaretur, atque in indignos transferret.

Idem lib. CXXXII, *ad Annum* CIↃIↃCIV. Extremo demum anno, Rhonii Marchione authore pernitioſiſſimi inſtituti res invaluit, qua officia, quæ fere apud nos innumera ſunt, tam judicialia quam quæſtoria, per omnia exæquata ſunt, & turpiſſima nundinatione æque propudioſe proſtare juſſa, annua penſitatione, quę à Pauleto nomẽ ſumſit, juxta taxationem de ſingulis factam impoſita; qua exſoluta quadraginta dies conſtitutionibus regiis præfinitos expectare minime opus eſt, ut illa ad ſucceſſorem per ejurationem tranſeant; ſed hæredibus ſervantur ut de iis tanquam de re patrimoniali atq; adeo hæreditaria arbitrio ſuo ſtatuant; quod non ſolum dictu fœdum, ſed eventu ſumme detrimentoſum Regi & Regno fuit, atque adeo familiis ſingulis, aucto in immenſum & ſupra ſpem fidemque pretio, ut illud tota patrimonia plerumque vincat, eaque re fiat, ut ſi plures ſint liberi, nemo unus ea retinere poſſit, ſicque decus paternum & avitum quo ſe familiæ tuentur per

per incrementum illud amittatur. His accedit quod aperta ſemel ad pecuniam via nullus virtuti locus relinquitur. Sed authoritatis regiæ præcipuum in ea re diſcrimen verſabatur, *quæ beneficentia ſua* per has nundinationes omnino exuitur: adde quod officia illa innumera ad antiquum numerũ contrahendi, quod ſemper inter Ordinum poſtulata præcipuum fuit, & utilitate quæ numero crevit, ſublata, priſtinam dignitatem reſtituendi facultas in poſterum adimitur. Adutiſus hæc à Rhonio objiciebatur, dignitates, honores, officia jam non Regis beneficium eſſe, ſed aulicis prenſationibus ad conciliandos amicos aut explendam profuſionem in prædam cedere. nec ferre publicam egeſtatem, ut de contrahendo Officialium numero impræſentiarum ratio ineatur; itaque potius eſſe ut quod ſingulorum avaritia aut prenſatio rapiebat, id ærario, quod univerſi regni onera ſuſtinet ſupplendo impendatur. Et ita Regi qui ægre ad donandum cogebatur, ære offenſam veritus recuſabat, ut ſe ab hac moleſtia liberaret, expedire viſum.

Soluendi erant annuatim quatuor denarii pro una quaque libra pretii pro ipſo officio perſoluti. Et Rex quotannis

nis percipiebat quatuordecies centum millia librarum ſupra quam ante perceperat.

Anno CIↃ IↃ C XIV. Regni ordines poſtularunt à Rege, ut venalitas officiorum & præſertim Edictum de annua penſitatione quam vocant *la Paulette* abrogaretur; multa ultro citroq; agitata; aliis venalitatem officiorum damnantibus, aliis excuſantibus: etiam media à quibuſdam propoſita quibus officia intra certum tempus ſine diſpendio Regii ærarii redimerentur. Verum cum à Deputatis plebei ordinis, præter alias difficultates etiam impoſſibile videretur, ducentas myriades librarum, quibus ad redemtionem officiorum opus erat, Regi comparare; alia rurſus media propoſita: & imprimis ut officia omnia poſt mortem præſentium ſine ullo pretio gratis à Rege conferrentur: utque ærario Regio, cui quotannis quindecies centena millia librarum hoc facto deceſſura erant, ſubveniretur, triginta ſolidi in ſingulis ſalis modios imponerentur in iis provinciis in quibus ſalariũ vectigal ſolvitur, in exemtis vero quod illis æquipolleat: idque ad decennium; quo tempore per ſuppreſſionem multorum officiorum, expenſæ regii ærarii in tantum

tum levari poſſe ſperentur, ut damnum acceptum ſentire amplius non poſſet. Hæc à Clero & Nobilitate in hunc modum propoſita cum Regi probarentur, deputati plebei ordinis interceſſerunt, & graviſſimum vectigal, quod in plebem potiſſimum erat incubiturum, deprecati, aliam viam propoſuerunt, ut penſiones abrogarentur, atque ita expenſæ ærarii diminuerentur. Quod cum Nobilitati rurſus grave videretur; tandem à Rege decretum, ut officiorum abrogatio & venalitas eorumdem, atque adeo annua penſitatio, ad annum CIↃ IↃC XVIII prorogaretur, nihilque interea innovaretur. Hic exitus illius moliminis fuit.

Anno CIↃ IↃC XVII Rex conventum ſpectabilium ex tribus Regni ordinibus convocavit; qui cum Rotomagi conveniſſent, inter alia Regi auctores fuerunt; officia regiæ familiæ deinceps neque venundanda neque reſignanda fore: aliaque in eundem modum: penſitationes annuas penitus abolendas, & in ſumma venalitatem omnium officiorum revocandam. Sed multa in contrarium objecta à miniſtris Regis: inprimis, Henricum IV R. graviſſimas cauſas habuiſſe penſi-

penſitationes illas annuas conſtituendi; myriadem librarum quotannis ærario Regni acceſſiſſe, quum ante perparum ex Caducis,ut vocant, partibus perciperetur. Nihilo tamen minus Rex per Edictum penſitationes annuas revocavit, venalitate officiorum ſecundum antiquum moré ad tempus prorogata, donec alia via ærarii inopiæ ſubveniretur. Hæc Cal. Ian. anni cIↃ IↃc xviii acta.

Sed cum multi graviſſimas querelas ad Regem detuliſſent, Rex edictum hoc rurſus revocavit anno cIↃ IↃc xxi; & penſitationes annuas ad novenniū prorogavit, ea conditione, ut quotannis ſexageſimam antiqui *pretii* officiorum venalium *ſolverent*, & quindenam intra certum tempus Regi mutuo darent. id menſe Februar. conſtitutum: verum cum ne ſic quidem officialibus eſſet ſatisfactum, Rex menſe Martio ejuſdem anni, quindenam illam ad trigeſimam in majoribus magiſtratibus, in minoribus ad vigeſimam reduxit.

X.

ÆRARII REGII OPES AUT anguſtia & utriuſque cauſæ.

THuanus lib. 11. Franciſcus I moriens, ære alieno omni exſoluto, cccc aureorum millia & quartam Regni vectigalium partem nondum coactam reliquit.

Bodinus. Franciſco I moriente decies ſepties centena aureorum noſtrorum millia in ærario publico reſtabant, præter trimeſtria tributa, quorum dies jam venerat; nec ulli Reſpub. tunc obærata fuit præterquam Helvetiis & argentariis Lugdunenſibus ut in officio continerentur.

Idem. Franciſco I perſuaſum à Turnonio Cardinali, ut creditur, ut pecunias moderato fœnore acciperet, ac Lugduni ſtatis nundinarum temporibus uſuras ſolveret: ita futurum ut Italorum ac Germanorum opes brevi cogeret, hoſtibus eriperet. Accurrunt Itali & Germani mercatores, Gallorum etiam quamplurimi; ita paucos poſt annos quam mortuus eſt Franciſcus, ſors D aureorum millia ſuperabat; quæ ex ærario tum referto perſolvi potuiſſet. Secuta eſt calamitoſiſſima Henrici II

ci II dominatio, qui brevi exhauſto Patris ærario, uſuras centeſimas, poſt etiam ſeſquicenteſimas, tandem ducenteſimas pactus eſt. Cum vero pecunia fœnori non ſufficeret, uſurarum uſuras creditoribus promiſit.

Thuanus lib. VIII. ad annum cIↃ IↃ-LI. Extremo hoc anno ad Fontem Bellaqueum de Principum aliorumque procerum ſententia decretum eſt, ut è patrimonio regio agri uſque ad vicies centies cIↃ Francicarum librarum annui reditus fiduciaria venditione alienarentur.

Idem lib. XII, ad annum CIC IↃ LIII. Quæſtores ærarii quatuor ſeuTheſaurarii, qui patrimonii regii, quod vulgo Domanium vocant, curam gerebant; totidem indictionum & oblationum præfecti, vulgo generales dicti: cum huc uſque ſeparata munia habuiſſent, & dilapidato fere per oppignorationes patrimonio regio, illorum eſſet inane nomen, utrorumque nomina & functiones confuſæ ſunt, aucto numero, & coactoribus primariis, qui XVI erant, æquato: inde ingens pecunia corraſa, nec aliud præterea operæ precium fuit, patefacta interim porta ad immodicum illum qui poſtea crevit & maxime omnium hodie quæſturam Regni gra-

vat, munerum publicorum numerum. Duplicatus & coactorum Fiſcalium numerus: per multiplicatos ærarii Rationales ſenſim imminuto ipſo ærario.

Bodinus. Cum antea Imperio Gallorum longe lateque patente una Logiſtarum curia ſufficeret, nunc ſeptem curias habemus; & cum antea Philippi IV edicto quinque viri in rationali curia Pariſiorum cenſerentur, nunc ducentos conſcriptos videmus.

Idem. Tantus eſt quæſtorum & publicanorum numerus, tanta logiſtarum multitudo, ut dimidia pars tributorum ac *vectigalium ſtipendiis* ac ſalariis accepto feratur, ut in privatis Septimaniæ comitiis, quibus affui, compertum memini: quamobrem rogationem ad Principé ferre placuit de quæſtoribus abrogandis; qua quidem ratione Principem in Septimaniæ provincia tributorum ac vectigalium trientem lucrifacturum argumentis neceſſariis demonſtratum; triens autem fere 218750 libr. Turonenſes æquabat. Vigeſimo poſt anno cum Blæſis Galliæ conventus haberentur, Maximinus Lulerius Pariſienſium mercatorum præfectus & rationum publicarum Præſes, palam in comitio dixit, vix ac ne vix quidem pecuniæ publicæ ex aſſe in ærarium

rarium

rarium Principis inferri quadrantem; incredibile id quidem videri, verum tamen eſſe, homo rationum publicarum peritiſſimus contendebat.

Idem. Vectigalium tres omnino Iudices & quæſtorem unum generalem olim extitiſſe, ex actis publicis anni CIↄ CCC LXXII conſtat; his vero temporibus quibus Imperium magna ſui parte acciſum eſt, trecenti fere numerantur, quæſtores vero XXXIV.

Idem. De rebus omnibus abſurdiſſimis, nulla mihi abſurdior viſa eſt, quam tot ærarii tribunos, tot quæſtores, quot in Gallia videmus tantis pecuniis quæſturas à Principe mercari.

Idem. Vix Franciſcus primus annis XXXII quibus imperavit tantum largitus eſt, quantum illo mortuo Henricus filius duobus annis effudit.

Thuan. lib. XX. ad annum CIↄ Iↄ LVIII. Rex Henricus II in Comitiis expoſuit, Patrimonium omne regium oppignoratum & nova tributa inventa, nec tamen opes bello gerendo ſufficere. Carolus Lotharingus ejus juſſu à plebe delegatos ſevocat, & oſtendit, in belli ſumtus neceſſarios opus eſſe tricies centenis aureorum millibus: Eccleſiaſticorum ordinem gratuito præter decimas, decies centena aureorum

millia Regi obtuliſſe, reliquum eſſe ut plebeius ordo vicies centena millia dependat. Quod & impetratum fuit.

Bodinus. Moriente Henrico II R. Reſpublica ære alieno graviſſime oppreſſa jacebat, certe quidem ex rationibus publicis fere XLII milliones debuiſſe conſtat. alibi dicit: quadraginta tres milliones, quadringenta octuaginta tria millia octingenta & triginta novem lib. Turonenſ.

FRANCISCO II R.

Thuanus lib. XXIII. ad annum CIↃ IↃ LIX. Revocatæ omnes patrimonii regii alienationes perperam & in fraudem factæ, licet penſionis aut alterius cujuſvis donationis etiam remuneratoriæ titulo firmatæ: à qua lege poſſeſſiones eæ exceptæ quæ Regum filiabus penſionis loco aut in dotem datæ ſunt; exceptæ & eæ quæ Helionoræ Philippi amitæ. Sed juxta gravis & æquitatis pleni edicti gratiam minuit, quod cum eo regii ſanguinis principes ac proceres bene de ſuperioribus Regibus meriti beneficio olim accepto privarentur, poſtea tamen eodem plerique minoris dignitatis nulla alia de cauſa excepti ſunt, quam quod Guiſianorum favore ſublevarentur.

Idem

Idem ibidem. Ex cunctis regni Provinciis ad novum Regem confluebant, qui debita, qui remunerationes, beneficia importunis flagitationibus exigebant; quibus cum ſatisfieri non poſſet, ut eorum petitiones unica reſponſione expungerentur, præfracti juxta ac inhumani conſilii authores fuerunt Guiſiani, ut patibulo erecto, edictum proponeretur, quo omnes cujuſcunque conditionis eſſent, qui quacunque de cauſa vel debiti vel remunerationis aut beneficii à Rege impetrandi in comitatu eſſent, intra XXIV horas aula excederent, *ni parerent*, ignominioſe patibulo ſuffigerentur.

Idem lib. XXV. Ex Hoſpitalii oratione ad Senatum Pariſienſem: Scire omnes, ita grande æs alienum à Franciſco & Henrico Regibus contractum, ut illud vix per decennium regiæ pecuniæ, ſi eo cunctæ referantur, exſolvere queant. Specioſam quidem & opulentam à Patre & Avo hæreditatem accepiſſe; ſed ita damnoſam, ita domeſticis diſcordiis perturbatam, ut cuncta reputantibus plus inde incommodi quam emolumenti ad ipſum redeat; nam profuſis belli ſumtibus ac Regni neceſſitatibus largitionibuſque tantum effuſum eſſe, ut quod ad exteros

emanare nolit, quadragies decies centena millia librarum & amplius in credito ſint. His addi debere annuas Nobilium penſiones, Magiſtratuum militumque ſtipendia multis abhinc annis non perſoluta: quo fiat ut plerique aut rerum ignari aut iniqui dum privatas ſpes publicis neceſſitatibus anteponunt, potentiorum fraude interverſas Regis pecunias clamitent, modumque impenſis ab his exigant; ſed tantum abeſſe ut eorum aut votis aut querelis ſatisfieri poſſit, ut contra, quo egeſtati plebis ſubveniretur, è re viſum fuerit, pleraque vectigalia omnino abolere, reliqua magnam partem imminuere. quin & exſtinctum L CIↃ peditum tributum, quod urbes pendebant.

Idem ibidem. *Ex Oratione Cardinalis Lotharingi.* Onera Regni vicies quinque centenis millibus librarum regia vectigalia excedere.

CAROLO IX REGE.

Idem lib. XXVII. ad annum CIↃ IↃ LX. *ex oratione Cancellarii Hoſpitalii*: ærarium Regis, X annorum aſſiduis bellis & aliis neceſſitatibus adeo exhauſtum eſſe, ut nihil ei à patre ac fratre præter plorare relictum videatur.

Idem

Idem ibidem, ad annum CIↃ IↃ LXI. Anni hujus initio, quo populus tributis levaretur, de ſumtibus minuendis in Regis conſiſtorio actum eſt, & decretum, ut nobiles cubicularii & alii familiæ regiæ domeſtici ſtipendiorum dimidia parte contenti eſſent, penſionum etiam tertia parte detracta, exceptis iis, quæ externis hominibus tam in regno quam extra regnum quaſi pro alimentis liberalitate Regum perſolvuntur. Inde occaſione oblata porrectus Navarro libellus, cujus ſumma erat, ſumtus qui pacis tempore in exterorum ſtipendia & penſiones fiunt, regno graveis & omnino inutiles eſſe, &c.

Idem lib. XXVIII. ad annum CIↃ IↃ LXI. Sacer ordo ut tempeſtati imminenti præverteret & opum invidiam amoliretur, regi ultro IIII decimas quotannis in ſexennium pendendas bene conſultus obtulit, ſicque pacatos pro tempore aulæ proceres & in poſterum æquiores habuit.

Idem lib. XXXV. ad annum CIↃ IↃ LXIII. Menſe Maio edictum de bonis ſoli eccleſiaſticis ad Reipub. ſarciendas neceſſitates in perpetuum alienandis conditum fuit, multum fremente ſacro ordine, qui privilegia ſua & im-

munitates eo imminui ajebat, & res ſacras quavis de cauſa niſi interveniente Pontificis authoritate ac ſine decreto diſtrahi non poſſe aſſerebat. & cum ſuperiore anno Octobri menſe & Iunio hujus, ccc librarum *millia*, non convocato aut monito ſacro ordine ex eo vectigali annuo, quod decimarum nomine Regi ab eo penditur, à Rege aut ejus procuratoribus Præfecto mercatorum & ædilibus urbis, pro tricies centenis & ſexcentis librarum millibus cum perpetuo redhibendi pacto, oppignorata eſſent, eo edicto ut emtores invitarentur; eorum ſecuritati duris & inuſitatis conditionibus proſpectum erat, denegata omni contra eos & eorum ſucceſſores actione. pœna item addita ignominioſæ ejurationis adverſus judices, qui quenquam contra hujuſmodi rerum emtores agentem admiſerint; mandabaturque judicibus, ut libellos ea de re factos in judicio lacerari juberent,& agentes à limine judicii nulla mora interpoſita, de plano repellerent,& in litis ſumtus & acceſſiones quamvis inauditos condemnarent; irrogata etiam legis mulcta. Quod edictum poſtea XVI Kal. Iun. in Senatu coram Rege in lectiſternio ſedente, audito ac poſtulan-

te

re fiſci cognitore, promulgatum fuit.

Thuanus lib. XXXVI, ad annum CIↃ IↃLXIV. Initio hujus anni apud nos regio diplomate Eccleſiaſticis facultas conceſſa eſt, bona ſuperiore anno alienata redimendi; id juſtis eorum querelis datum, qui vili admodum pretio illa veniiſſe ajebant: nec tamen res citra controverſiam tranſacta eſt: nam nobilitas & plebeius ordo porrecto Regi ſupplici libello ac publice edito intercesſerunt, & gravem ea de re querelam inſtituerunt, fidem Regis appellantes, & auctoritatis regiæ intereſſe contendentes, ut quod fide publica propter neceſſitatem publicam veniit, penes emptores ademta omni repetitionis ſpe remaneret. Sed vicit ſacri ordinis favor, permiſſumque ei ut aliis bonis, quæ minus utilia viderentur, juſto precio divenditis, bona illa potius ſibi erepta quam publica auctoritate diſtracta redimerent; eaque de re diploma in Senatu recitatum eſt VII Kalend. Februar.

Idem lib. XLIV, ad annum CIↃ IↃLXVIII. Cum allatum eſſet à Pontifice diploma, quo diſtrahendi ex ſacro patrimonio ad L CIↃ aureorum annui reditus facultas fiebat, cauſa addita, ut bello ſectariis illato illi aut plane delerentur,

lerentur, aut ad Eccleſiæ Romanæ obedientiam reducerentur; variæ dictæ ſunt in Regis conſiſtorio ſententiæ; & quia edicta ante facta illo ſuggillabantur & expreſſiores de hæreticis exterminandis cauſæ adjungebantur, nonnullis regiis conſiliariis, Hoſpitalio illius ſententiæ authore, diplomatis publicatio minus opportuna viſa eſt, quod illa appareret bellum jam à longo tempore apparatum, fœderiſque illius ſacri, quod tam ſtudioſe hactenus celaſſent, hæc perſpicua indicatio eſſet. itaque placuit, ut novum diploma à Pontifice impetraretur; interea iſtius uſus eſſet ad præſentem neceſſitatem.

Idem lib. LI. ad annum CIↃ IↃ LXXII. *Ex Morvillerii oratione*. Bellum quippe inexhauſtus pecuniæ gurges eſt, cui explendo non aurei Perſarum montes, non utræque Indiæ ſufficiant. Quam ab hujus nervi penuria res tuæ laborent, non ignoras. Conſumto patrimonio regio, oppignoratis vectigalibus, agris paſſim per bella vaſtatis, urbibus & oppidis direptis, aut obſidionibus deſtructis, cum ærarium deficeret, nihil ſibi ad nova onera imponenda reliquum fecit exactorum avaritia aut redemtorum audacia;

quod

quod hominum externum fere genu
Galliæ tuæ fatale eſt. Plebs à milit
tranſeunte quotidie in agris infeſtatur
adhæc tributis immodicis oppreſſ
languet ut vix reſpirare ipſi liceat. A
nobilitate, quæ vitam & cum vita ope
pro Gallici nominis decore ac regn
ſalute auſpiciis tuis profundit, qui
expectare debeas ſatis noſti. Supereſ
Ordo ſacer, qui variis ac multiplicibu
angariis gravatus, ut nihil aliud dicam
& tamen cum venia tua dicam, ſe ſu
tributo eſſe conqueritur. nec me late
quid redemtores illi, quos dixi, nupe
commenti ſunt, qui accepta aliqu
bonorum Eccleſiaſticorum per octen
nium & anni quadrantem portione
pro qua penſionem fundi domini
eandem, quam ex ipſa re percipiunt
quotannis depenſuri ſunt, magnum
inde emolumentum ac prope incredi
bile lucrum tibi pollicentur. *Et poſ*
pauca: Hoc etiam tibi perpendendun
eſt, quam gravi ære alieno urgeari
Multum Germanis equitibus qui tib
bellis ultimis militarunt, multum Io
anni Caſimiro debes. Ducenties cen
tena millia librarum Helvetii à te re
poſcunt: quingenties centena milli
Proteſtantes Germanis ſuis debent, pr
quibus ſponſor interveniſti. quæ
omne

omnes ſummæ colligantur, ad quadringenties centena millia aureorum excurrunt. adde onera Regni, quibus ſuſtinendis vix ordinaria vectigalia ſufficiunt.

HENRICO III R.

Idem lib. LXI, ad annum CIↃ IↃLXXV. Cum per delegatos Rex à Pariſienſibus CC librarum millia mutuo peteret ad IIII menſium ſtipendium Helvetiis deſtinatum, immane quam omnium animi commoti ſunt; demumque apparuit, in populoſiſſima & opulentiſſima hactenus credita urbe verba pluris, quam pecuniam conſtare. nam poſt longam & exquiſito verborum ornatu agitatam deliberationem, tandem ſupplex libellus invidioſe perſcriptus eſt, ampliſſimi ordinis, curiarum rationalium ac vectigalium, eccleſiaſticorum & ceterorum civium Pariſienſium nomine, & ad Regem menſe Decembri perlatus, quo miſerabilis non ſolum urbis, ſed univerſi Regni, cujus in urbe veluti matrice ſalus publica vertebatur, ſtatus, & plebis tot bellis & oneribus tandiu vexatæ & exhauſtæ calamitas, oculis ſubjiciebatur. nam XV abhinc annis per bella civilia trigeſies ſexies centena millia librarum

ab urbe ex univerſi Regni opibus ſubminiſtrata eſſe,& duplo fere majorem ſummam à Sacro ordine. *Et poſt pauca :* nec rei pecuniariæ adminiſtrationem & diſpenſationem vitio ſuo carere ; quippe cum conſtet, pleroſque avare in ea verſari;& inutilibus ſumtibus ac largitionibus ante triennium, cum Rupella obſideretur, & res ubique in arcto eſſent, nongenta millia aureorum, anno ſequenti ſeptingenta, & ita deinceps; hoc vero, vix ſex menſium ſpatio amplius ccc aureorum cIↃ abſumta eſſe; præterea in penſiones & ſupervacuas ejuſmodi res quotannis plus cc aureorum cIↃ impendi, eoque onere non mediocriter ærarium gravari, quod exhauſtum plebis miſeræ ſpoliis atque adeo ſanguine ſarciatur neceſſe eſt. ad hæc cottidie nova tributa ab exteris excogitata in publicam perniciem invehi, quorum non Franci, ſicuti Regni legibus cautum eſt, ſed exteri ipſi vere Regni hirudines ac vomicæ ſint redemtores. Interea plebe ad extremam inopiam redacta commercium ubique ob exactiones immodicas intermitti,& ſingulorum inopia fieri ut reſpublica egeat. *Et poſt pauca:* Commodum tum accidit, ut Ludovicus Gonzaga Nivernii Dux opimas

ditiones

ditiones extra Regnum in Flandria, nec non Carolus Halvinus Pienna illuſtri familia ex Pleumoſiis oriundus, avitum patrimonium, quod in illis locis poſſidebant, grandi pecunia divenderent; quam uterque Regi officioſe commodavit, acceptis in Armorica ex fundis regiis pignoris loco amplis vectigalibus.

Idem lib. LXII. ad annum CIↃ IↃLXXVI. Caſimirus petierat ut ingentes ſummæ, quæ ad quadragies centena millia aureorum excurrebant, pro ſtipendiariis Germanis, qui in Gallia bellis ultimis militaverant, perſolverentur. Convenit: ut pro ingenti illa ſumma ſeptingenta millia aureorum, præſenti pecunia numerarentur, de reſiduo oppignoratis gemmis caveretur.

Idem lib. LXIII. ad annum CIↃ IↃLXXVI. Gemmæ à Bellevreo in manus Frederici ſeptemviri tunc temporis adhuc ſuperſtitis conſignatæ. miſſus & eodem tempore à Rege & Franciſco fratre Vidus Faber Pibracius ad Carolum Lotharingiæ Ducem ſororium, qui ab eo utriuſque verbis peteret, id quod & impetravit, ut præter prædes, quos Rex Germanis daturus erat, ipſe Caſimiro fidejuſſor eſſet, caveretque, IↃ aureorum millia certis penſionibus ſtatiſ-

ſtatiſque temporibus Francofurti numeratum iri.

Ibidem. Epiſcopus Pariſienſis ad Pontificem R. Legatus miſſus, ut L aureorum millia annui reditus è ſacro patrimonio alienandi facultatem Regi impetraret.

Ibidem. ad annum CIↃ IↃ LXXVII. Rex in Comitiis Blæſenſibus expoſuit: decreviſſe ſe centum aureorum annuorum millia ex regio patrimonio in perpetuum alienare: id ut accedente Ordinũm authoritate fiat, expetere. Æmarus Burdigalenſis præſes Ordinum nomine reſpondit, & nullo caſu alienari à Rege patrimonium Coronæ poſſe, multis verbis diſſeruit.

Idem lib. LXVIII. ad annum CIↃ IↃ LXXIX. Ordinis Eccleſiaſtici delegati deliberare cœperunt de decimarum præſtatione & contractibus cum urbe Pariſienſi anno CIↃ IↃ LXI Piſſiaci & ſexennio poſt Lutetiæ factis; tandemque præter ſpem & Regis votum initis rationibus ſic ſtatuunt, abunde ſe contractibus memoratis ſatisfeciſſe, neque amplius illis teneri; inſtrumentoque proteſtationis Eid. Octobribus facto, illud III Eid. Decemb. præfecto mercatorum & urbis decurionibus per apparitorem publicum ſignificandum

curant. qua re evulgata, immane quantum commoti ſunt omnium animi, paſſim frementium, ſacrum ordinem, qui ceteris bonæ conſcientiæ, fidei, & caritatis laude prælucere debet, inſigni perfidiæ & inhumanitatis exemplo ſe non ſolum traducere, ſed viduas, pupillos, tot egenos & pauperes, quorum univerſam ſubſtantiam ærarium urbis hauſit, quaſi uno ictu jugulare; quid nunc dicturos Proteſtanteis? æs illud omne, quod CCCC aureorum annuorum CIↃ ſummam excedat, ad bellum contra ſectarios gerendum, auctoribus, incentoribus & veluti ſponſoribus Præſulibus contractum eſſe. nunc bellum ab iis ipſis, poſtquam neceſſitas ejus perſequendi iis, qui minus volebant, impoſita eſt, quam temere ſuſceptum, tam turpiter deſeri. quæ dum dicerentur, plebs ubique, quaſi hoſtis ad portas eſſet, diſcurſare, tabernas claudere, quidam etiam arma poſcere. cumque res propior ſeditioni videretur, Præfectus mercatorum (is tunc erat Claudius Daubræus) cum decurionibus in Senatum venit; reque expoſita, ſtatim ampliſſimus Ordo convocatis jam die adveſperaſcente cunctis claſſibus, & perorante Auguſtino Thuano Cognitoris regii nomine

nomine, S. C. condit, quo Epiſcopi, qui extra territorium juriſdictioni Curiæ ſubjecti eſſent, in hoſpitiis ſuis ſiſterentur. (jam illi omnes peracto conventu Meloduno in urbem redierant.) qui intra territorium erant, urbe excedere vetantur; cunctique, ut ſe judicio ſiſtant, & ad Cognitoris regii poſtulata reſpondeant, citantur. Hæc extemporali ſeveritate ad placandam plebem, ne pèriculum commune neglexiſſe videretur, tunc à Senatu decreta. De quibus cum quereretur ſacer ordo, quaſi indigne à Senatu habitus, Rex partes ſuas interpoſuit, & adactis delegatis ad continuandam in decennium proximum decimarum præſtationem, querelis & impendenti ſeditioni remedium pro tempore attulit. Ita perniciosiſſimus longe motus ſtatim natus, & eo, quo dixi, temperamento ſedatus, non tamen omnino extinctus eſt, renovata poſtea ante tempus à ſacro ordine proteſtatione, ſicuti ſuo loco dicemus.

Idem lib. LXXIV, ad annum CIↃ IↃ LXXXI. Interea Rex quaſi omni cura ſolutus & tantum voluptatibus intentus nullum inſanis ſumtibus modum faciebat; quibus cum ærarium quamvis multiplicatis toties regni vectigali-

bus non ſufficeret, ad exoticas artes & pernicioſa Italorum & hujuſmodi hominum in plebe excarnificanda ingenioſorum commenta converſus, cottidie novos magiſtratus, nova officia, nova tributa excogitabat, conditis ea de re Edictis, quorum publicationi ſemper intercedebat Senatus. itaque IV Non. Quintiles ipſe in Senatum venit, & XXVII edicta fiſcalia uno die promulgavit, unoque ex iis XX conſiliarios creavit. quare odium jam ante de publica adminiſtratione conceptum non mediocriter auctum eſt, fremente paſſim obonera immodica plebe, & prudentiſſimis quibuſque intra ſe tacite indignantibus. qui cum viderent, illis Edictis cunctos Ordines in regno perverti, & ingentem ex iis pecuniam conflatam luxu & in pravos uſus diſperdi; turpiſſimam omnium rerum nundinationem, etiam præfecturarum, peſſimo exemplo inſtitui; augeri in dies vectigalia; ærarium minui; regium faſtigium labefactari; provectis ad honores adoleſcentulis, omnia gratiæ fœdiſſimis obſequiis quæſitæ, nihil virtuti dari: de Rege Regiſque rebus non poterant non male ominari. Inter hæc prima cogitatio fuit de maritandis Ioüſa & Valeta. & cum Ioüſa

cum

cum Margarita Helionori Cabotii Ca
nii Comitis filia & hærede principa
ſponſalia prius contraxiſſet, anim
cum gratia creſcentibus, pactis renu
ciat, & Rege annitente nuptiis ill
quanquam perhonorificis ſibi ac valc
locupletibus repudiatis, cum Margari
Aloiſiæ Regis uxoris ſorore matrimc
nio conjungitur, exorato per Henr
cum Memmium illuc per diſpoſitc
equos à Rege miſſum Carolo Lotha
ringiæ Duce; nam parens Nicolau
ante quadriennium jam deceſſerat, u
in nuptias conſentiret. Nuptiæ dei
Lutetiæ, quanquam in ſumma plebi
egeſtate, pluſquam regali pompa cele
bratæ; nam prima dicta dos à Reg
nuptæ quamvis externæ ccc aureorum
cIↃ, quales Regum filiæ habere ſolent
totidem marito erogata. quod per ſ
invidioſum cum eſſet, longe invidian
illam & omnem fidem ſuperavit appa-
ratus nuptialis, qui duodecies cente-
nis aureorum millibus in haſtiludia
equeſtres choreas, nocturna ſpecta-
cula, naumachias, donativa, nullc
modo facto conſtitit. *Et poſt pauca.*
Cum vero Chriſtierna Reginæ ſoroı
nondum nubilem ætatem attigiſſet,
tantum ſponſalia inter eam & Valetam
contracta; interea præſenti pecunia,

 quam-

quamvis nuptiis in idoneum tempus delatis, dos Valetæ numerata, ac præterea donativum,&c,nequid eſſet quod alter alteri invidere poſſet, feſtinata emptione Eſpernonium in Carnutibus Navarræ ditionis oppidum comparatum, edictumque conditum, quo eiſdem conditionibus & pari ſecundum Iouſam prærogativa Valeta Dux Eſpernonii creatur, &c.

Idem lib. LXXV,ad annum CIƆ IƆ. LXXXII. *Ex oratione Reginaldi Belnenſis Archiepiſcopi & Patriarchæ Bituricenſis Aquitaniæ primatis.* Deplorata ſacri Ordinis veluti in prædam expoſiti calamitate, novum decimæ nuper imperatæ onus & ſolidariam ejus exactionem deprecatur; alioqui fore dicit, ut contractui cum Rege & Pariſienſi civitate inito pro grandi illo vectigali annuo ſatisfieri non poſſit, & curiones greges ſuos & curam paſtoralem deſerere cogerentur.

Ex reſponſo Regis: Sacri Ordinis ſibi præcipuam curam, ſicuti antea ſemper fuerit, porro fore, & ad eorum poſtulata brevi ſe reſponſurum dixit. Itaque quinto poſt die admiſſis delegatis, cum de ærarii anguſtia & Regni neceſſitatibus multa præfatus, eo anno ſibi neceſſariam decimæ exactionem oſtenderet,

deret, & in poſterum melius de benignitate ſua eos ſperare juſſiſſet; ad Concilium, cum Senatu, cujus præcipua de ea re cognitio ſit, ſe acturum recepit. *Et poſt pauca:* Dimiſſi delegati, Rege nullas excuſationes admittente, quominus decima eo anno exigeretur. quæ tamen cum ſumptibus extraordinariis minime ſuffectura eſſet, inventæ & aliæ rei numariæ expediendæ rationes, edictaque paſſim ad Senatum & Rationalium ac Vectigalium curias miſſa, & juſſionibus repetitis tandem eo anno promulgata ſunt, magno plebis & omnium Ordinum fremitu ac detrimento. Nã Regi, qui privatis affectibus ſtuderet, & inde bello Belgico, quãvis invito ſe à fratre ſuſcepto; nec non expeditione, Reginæ parentis inſtigatu pro Luſitano regno temere & tumultuoſe parata, gravaretur; nihil ſatis eſſe poterat, unde tot ſumptibus ſatisfieret.

Idem lib. LXXVIII, ad annum CIƆ IƆ. LXXXIII. Rex apud nos fratris caſũ anxius, cum ad privata deſideria explenda & alienam inſaniam luendam ſibi pecunia opus eſſe intelligeret, in eam ſolam curam incumbebat, ut per licita & illicita rem numariam explicaret. quare miſſa complura ad Sena-

tum edicta, quamvis ſæpius repetitis juſſionibus hactenus rejecta fuerant. tandem ne victus videretur, pravo ſed ſibi jam familiari more in Senatum venit, & in Iuſtitiæ lectiſternio ſedens, coram procerum aulicorum cætu & univerſis claſſibus convocatis quædam præfatus, cetera per Cancellarium ſuum explicari voluit. Is erat Renatus Biragus Cardinalis; nec multum eloquens, & juris noſtri pariter & antiqui parum ſciens, de cetero vir bonus & ſub alio principe numquam ſervilis ſententiæ auctor; qui longam orationem habuit; cujus ſumma fuit, ut edictorum iniquitati neceſſitatem prætexeret; eam hujuſmodi eſſe dictitans, ut à cunctis ubique conſpiceretur. quæ verba huc illuc jactato corpore circumſpiciens cum ſubinde repeteret, riſum aſtantibus movit. nam aderant in comitatu Regis gratioſi plerique aulici, qui favore immodico freti, cum nullum ſive rapacitate ſive profundendi libidine ad exhauriendum ærarium modum facerent, per neceſſitatem illam intelligi putabantur. Ita promulgata uno die, qui in Nonas Martias incidit, XI fiſcalia edicta. quorũ illud graviſſimum juxta ac fœdiſſimum fuit, quod ratione honorarii, quod ſenato-

ribus

ribus pro cauſis, de quibus ad Senatum referunt, publica conſignatione pendi ſolet, inſtitutum eſt, XVIII ſolidis pro ſingulis aureis exactis.

Idem lib. LXXXII. ad annum CIↃ IↃ LXXXV. A ſacro ordine petitum: ne bona Eccleſiaſtica ullo caſu in poſterum alienentur; à præſtatione annua CCCC XXXIII & amplius millium aureorum, ad quæ Pariſienſis civitas ordinis ſacri vectigalia ſibi oppignorata contendit, quando ultimo contractui ſatisfecerint, deinceps liberentur. Hæc pluribus verbis adjecta, exemplorum auctoritate & exquiſitis *Patrum* ac Conciliorum teſtimoniis amplificata, & inſolita libertate coram magno cœtu pronuntiata, Rex indigniſſime tulit: ſed cum revocata ſemel contra votum pacificatione vim majeſtati regiæ afferri paſſus eſſet, reſtabat, ut verborum contumelias ac ludibria eadem patientia diſſimularet. Itaque pro tempore dimiſſus cætus, &c, cum ſe excuſaſſet, quo minus per turbas juſtis eorum poſtulatis ſatisfaceret, tempus ad amplius reſponſum popoſcit, interimque monuit, non ſine verborum acerbitate, & aliquo offenſionis ſenſu, ut belli tam neceſſarii, &, ipſis flagitantibus,

decreti ſumptuum immenſorum, rationem habere vellent.

Idem lib. LXXXV, ad annum CIↃ IↃ LXXXVII. Immanibus ſumptibus in belli tot locis gerendi neceſſitatem & uſitatas profuſiones cum ærarium non ſufficeret, novæ per edicta fiſcalia excogitatæ ab hirudinibus aulicis pecuniæ corradendæ rationes; quas ampliſſimus Ordo! repetitis ſæpe juſſionibus ſemper recuſavit; at Rex, qui vinci nollet, pravo more jam aliquoties uſurpato tandem ipſe in Senatum venit, & XVI Kalend. Quintilis, regia poteſtate, non rogatis Senatorum ſententiis, XXVII edicta magno omnium Ordinum fremitu promulgavit.

Ibidem. Princeps alias profuſus ac damnoſus, nulla in re, habita ejus ad alias impenſas domeſticas ratione, damnoſior fuit: quippe qui præter ſumptus in canes venaticos & accipitres, qui in regia familia & aliorum principum ſemper magni & ordinarii ſunt, in catellos parandos alendoſque plus c aureorum CIↃ quotannis abſumeret, fœminis & hominibus ad id ſtipendio magno conductis, qui aulam cum omni illo comitatu ubique ſequebantur. Præterea magnos ſumptus in ſimias & pſittaços ac ejuſmodi exotica anima-

animalia faciebat, quorum immanem copiam habebat, & faſtidio plerumque capiebatur, &c.

Idem lib. XCII, ad annum CIↃ IↃ LXXXVIII. *Ex oratione Montholonii Cancellarii.* Ære alieno immani ærarium oppreſſum, omne patrimonium regium diſtractum & oppignoratum, telonia ac cætera vectigalia & tributa magnam partem jam non amplius in Regis poteſtate eſſe: niſi de publico hæc jactura ſarciatur, nundinationibus, quæ his malis cauſam dederunt, curſum ſiſti, onera regni ſuſtineri, aut denique fidem publicam liberari non poſſe.

Idem lib. XCIII, ad annum CIↃ IↃ LXXXVIII. Uno edicto bis decies centena ſexaginta ſexies aureorum millia ex ordinariis tributis & novis impoſitis remiſſa ſunt. *Et poſt pauca:* Guiſius victoriæ à Rege extortæ (ſic enim emiſſarii jactabant) inſiſtens, ab Ordinibus ad exonerandum ærarium decerni curavit, ut Theſaurariorum generalium per edicta fiſcalia multiplicatorum tribunalia abolerentur, & ipſi ad antiquum numerum redigerentur, hoc eſt, duo tantum in unaquaque diœceſi relinquerentur. nam decem in ſingulis erant; attributa etiam conten-

tioſæ

tioſa in certis cauſis jurisdictione; qua re regium ærarium ultra modum gravabatur. nec ſolum de Theſaurariis ſed aliis etiam quæſtoribus toto regno eadem licentia multiplicatis actum.

HENRICO IV. R.

Idem lib. CXIII. ad annum CIↃ IↃ-XCV. Rex mentis æger, & amiſſum tempus inutili in Sequanos expeditione & Lugdunenſi pompa mærens, nova edicta fiſcalia cogendæ ad inopinata pecuniæ condidit, & poſt multas juſſiones in Senatu promulgari juſſit.

Idem lib. CXV. ad annum CIↃ IↃ XC-VI. Tot edictis, pactionibus ac contractibus ad res pacificandas cum principibus, proceribus, civitatibus ac locorum præfectis, qui à regiis partibus defecerant, initis, plus ſexageſies centena millia aureorum depenſa conſtat; quæ miſeræ plebi per bella mirum in modum vexatæ, & levamentum quærenti impoſita, & præter ordinaria tributa ab ea immaniter exacta, non ſolum ipſam plebem ſed honeſtiores familias, quorum poſſeſſiones ac vectigalia plebe ſpoliata ad nihilum redacta ſunt, pene exhauſerunt; bellique religionis cauſa & ad populum levandum in ſpeciem

ciem ſuſcepti is exitus fuit, ut civilium motuum impietate religio ubique oppreſſa, obliterata ac pedibus calcata ſit; & plebs non ſolum in agro, ſed per urbes ac civitates, ac honeſtiores etiam familiæ, ad extremam inopiam ſint redactæ; principes vero, proceres, ac nobilitas licentiæ aſſueta & ſupra vires profuſa, grandi ſe ære alieno merſerit, ut nunc in media pace tantum Dei beneficium exoſi arma depoſita ultro requirant, & ad privatas ruinas ſarciendas opus ſibi civili bello eſſe exiſtiment.

Idem lib. cxvii. ad annum cIↃ IↃxcvi. *In Comitiis.* Rogatur Rex, ut rationum ſuarum calculum ad populi levamentum inire velit; initaque ratione totius exhauſti diuturnis bellis regni vectigalia ad nonagies octies centena circiter aureorum millia æſtimantur. ex quibus quinquagies centena aureorum millia Regi ad alendam familiam, belli ſumtus, aliaque dignitatis regiæ ſuſtinenda onera attribuuntur. cætera ad magiſtratuum aliorumque regiorum toto regno miniſtrorum honoraria, vectigalia immania à Regibus obligata, æs alienum diſſolvendum deſtinantur, certis legibus ac conditionibus, quibus fraudibus ad expilandum ærarium admitti ſolitis

ſolitis aliquod remedium allatum putabatur.

Idem lib.cxxxii,ad annum cIↃ IↃc-iv. Exeunte Septembri Curia de repetundis, quæ contra ærarii toto regno quæſtores ab anno cIↃ IↃc i jus dixerat, grandi pecunia exoluta revocata eſt, evulgato joculario dicterio, quæſtorum ærarii univerſitatem pratum eſſe floriferum, quod, ſi non anniverſario fœniſecio, at ſingulis decenniis aut plerumque citius,ſuccreſcente ſemper nova herba, tondetur.

Idem lib.cxxxiv,ad annum cIↃ IↃcv. Rex inter hæc rebus domeſticis ordinandis intentus, de grandi ære alieno, quod à Pariſienſi tribunali,&,ut vulgo loquimur, à Mercatorum præfecto & urbis ædilibus debetur, diſſolvendo à Rhonio perſuaſus ſerio cogitabat. Ex ſacrō patrimonio oppignorato partim vectigalia illa annua privatis ſolvuntur, partim ex regiis teloniis, & capitali tributo. quæ ſi aut luerentur, aut amplius, ſi quid vitii per aulicorum avaritiam in iis peccatum eſſet, diſcuteretur, magnum inde Regi regnoque levamentum afferri,procul dubio erat. itaque jam pridem ad id delegati erant Iac. Auguſtus Thuanus Pariſienſis Senatus,& Sofredus Calignonus Gratianopo-

nopolitani præſides, &c. qui in Rationalium camera convenirent, & excuſſis ejus archivis, vectigalium illorum prima initia, & ſi quid vitio factum eſſet, diligenter annotarent: quod per totum triennium factum, nemine tunc fremente. Sed poſtquam ex Conſiſtorio principis novi delegati negotio præpoſiti ſunt, quaſi Regis conſilium eſſet, non ſolum origines inſtitutorum vectigalium excutere, ſed ob vitia quædam in quibuſdam admiſſa, admodum univerſa cum privatorum detrimento contrahere, tunc murmura paſſim audiri & per orbem coitiones fieri, &c. Res indeciſa manſit, procedentibus ex vetere inſtituto per ſingulos anni quadrantes vectigalibus.

Rex cum ærarium ſuum duarum myriadum & ſexies centenorum mill. aureorum ſeu coronatorum annuo reditu augere ſatageret; redemtionem uſurarum collegio ædilium Pariſienſi conſtitutarum ſibi propoſuerat, & in illum finem aliquos deputaverat qui negotium illud ſerio examinarent. verum res non modo difficilis ſed pene impoſſibilis fuit judicata: nam ab anno CIↃ IↃ LXXXVII uſuræ admodum negligenter ſolutæ fuerant; ita ut non paucis quindecim, pleriſque duodecim anno-

annorum uſuræ deberentur. itaque res in præſens omiſſa.

Botereus lib. XIV. ad annum CIↃ IↃ C. VII. In Gallia, ut ſciant poſteri, genus eſt hominum, quorum parentes nec de nomine noti umquam fuerunt, ubi uncinis manibus ad publicum regiumque ærarium acceſſere, repente fiunt aurei; toto ſe Pactolo proluunt, menſa, veſte, famulitio, palatiis vel ſummos dynaſtas ſuperant; quam recte, plures dubitant; quam impune, ſciunt omnes. terrentur tamen trieterico Edicto, ſed quaſi fulmine bruto; ubi enim de ingenti præda vectigal tantillum perſolverunt, quaſi omnibus flagitiis abſoluti ſint, ad peculatum audentius & audacius ſe adjiciunt. Ad comprimendam ſpongiam hoc anno delegati juridici, revera ad vindicanda publica latrocinia, inexorati; jamque nimiæ opes poſſidentibus exitio erant; res erat in expedito, cum, qui ſacrum aurum contrectarunt, conſortio facto ad univerſorum redemtionem, ulciſcendi ſeveritatem irritam, auroque, ſe liberos faciunt.

LUDOVICO XIII. R.

Ioan. Baptiſt. le Grain. ad annum CIↃ IↃ C XV. *A Parlamento Pariſienſi*

Regi

Regi ſuggeſtum : artic. XXVI. Diſſipatio & profuſio ærarii tui poſt deceſſum prædeceſſoris tui incredibilis eſt. Ipſo quippe regnante cum reditus Regni nequaquam tanti eſſent, quanti ſunt hodie, (quemadmodum facile probari poterit ſi neceſſe fuerit:) & quotannis ingentes ſummæ ſolverentur quæ poſt obitum illius pluribus Principibus & Rebuſpub. exteris pendi deſierunt: præterea plurimum expenderetur in magnifica ædificia, quæ immani ſumptu molitus eſt; atque alia hujuſcemodi: ita ut expenſa tum illam quæ hodie fit tres ad minimum *myriades* librarum quotannis excederet: tamen ſingulis annis duæ myriades librarum in ſecretum ærarium recondebantur: ita ut poſt diſceſſum illius, quotannis quinque myriades ſuperare debuerint & potuerint, & quadriennio jam proxime elapſo viginti myriades coacervari ad redemptioné regii Patrimonii & aliorũ debitorum perſolutionem. Quin etiam Rege decedente tam in Baſtilia quam apud Theſaurarium (quem vocant *de l'eſpargne*) quatuordecim myriades librarum fuiſſe dicuntur, quarum hodie vix tres ſuperant. Et, ut M.T. dilapidationem ærarii ſui facilius percipiat, quum expenſa te minore

longe minor eſſe debuerit, & quoad perſonam tuam revera longe parcior fuerit, tamen longe plus in expenſi tabulas relatum deprehenditur, quam ſub Parente tuo defuncto. Demonſtratio evidens eſt. Nam anno CIↃ IↃC X licet multa extra ordinem expenſa fuerint in Reginæ coronationem, pompam funebrem Regis defuncti, bellum Iuliacenſe, coronationem M. T.; tamen longe minus expenſum fuit, quam anno CIↃ IↃC XI. Penſiones quoque anni CIↃ IↃC X fuere 1. 823. 540. librarum: anni vero CIↃ IↃC XI 4. 100. 456. Expenſa familiaris quæ anno CIↃ IↃC X fuerat 1. 130. 600, anno CIↃ IↃC XI, 1.600.000. libras ſuperavit.

Notandum: circa ſummam quæ in ærario Regis ſuperfuerit Henrico IV decedente, authores plurimum variare. Nam ut de Hiſtoricis taceam, ſummi inter aulicos & qui hiſce rebus præfuerunt, non eodem modo hanc ſummam explicant. Ianninus quippe, qui poſt Rhonium Ærario Regio præfuit, negat ullo anno ſub Henrico IV R. ſupra 800. 000. libr. in Baſtiliam fuiſſe illata: Rhonium autem ærario præfuiſſe ad finem uſque belli Iuliacenſis: nec, cum munere ſuo decederet, ſucceſſori

ceſſori ſuo tradidiſſe in parata pecunia ſupra 3.500.000 libras. Denique theſauro in Baſtilia recondito, in ſumma licet neceſſitate, non ante manus injectas, quam quum poſtremæ turbæ in regno ortæ eſſent, & maxime in ſumtus itineris Pictavienſis.

Marchio Effiatenſis, qui anno CIↃ IↃC XXVI ærario Regis fuit adhibitus, (ut poſtea dicetur,) dicit; In Baſtilia poſt deceſſum Regis Henr. IV non fuiſſe inventas niſi quinque myriadas, & aliquot millia librarum, & circiter duas myriadas inter manus Theſaurarii. Et tamen in mandatis Schombergii Com. continetur, Henrico IV decedente XIII myriades ſuperaſſe.

Eodem anno, in comitiis Ordinum regni, à Iannino Præſide exhibita eſt ratio generalis ærarii regii; patuitque, anno CIↃ IↃC XIV in tabulas expenſi relata viginti & unam myriadas, & quingenta millia librarum; cum in accepti tabulas tantum venerint ſeptendecim myriades & octingenta millia librar.; præterea in ipſis provinciis accipi & expendi 18.100.000. librar.

A Deputatis autem Ordinum Regni inter alia Regi fuit ſuggeſtum; quotannis in penſiones Magnatum pene ſex myriadas librarum profundi: videri

vero indignum, ut Rex obſequium & fidelitatem ſuorum quaſi mercari cogatur, & illud à priſca Gallorum erga Principes ſuos benevolentia & obedientia perquam alienum videri.

Le Grain. lib. VIII. ad annum CIↃ IↃC XVI. Vectigal quinquaginta ſolidorum in ſingulos modios ſalis, quod ſub Henrico IV viguerat, & poſt illius diſceſſum à Regina matre ad levamen plebis ſublatum fuerat, repoſitum. Præterea quadraginta ſolidi in ſingula quintalia ſalis per diſtrictum Lugdunenſis diœceſeos impoſita.

Idem ibidem. ad eundem annum. *E Regis declaratione ſuper captivitate Principis Condæi.* Non tantum ipſi reliquimus præfecturam Provinciæ Bituricenſis, ſed & omnia loca munita & patrimonium regium ingenti pretio redemimus, ut ipſi illa reſtitueremus: adeoque partim in donativa & honoraria, partim in ſtipendia militum quibus uſus erat, tam immanes ſummas impendimus, ut expenſæ illius belli & Pacificationis ſequutæ ad viginti librarum myriades aſcendant.

Ibidem. ad annum CIↃ IↃC XVII. In mandatis & inſtructione Comitis Schombergii ad Germaniæ Principes able-

ablegati, hæc fere inerant, quæ ærarium regium tangunt.

Henrico IV R. decedente quinque librarum myriades fuiſſe reconditas in Baſtilia; alias ſeptem aut octo penes Theſaurarium principalem, quas ſtipendiis militum deſtinaverat. Verum alendum fuiſſe aliquandiu exercitum ab ipſo conſcriptum, & ſumtus in coronatione Reginæ factos perſolvendos, quibus & funus Regis acceſſerit, ita ut ſtatim quam plurimum iſti ſummæ decederet.

Magnates in officio continendos fuiſſe profuſis admodum largitionibus, præſidiariorumque numerum augendum. Solum augmentum largitionum ſeu penſionum annuatim tres myriades librarum excedere.

Equitum celerum turmas & legiones hodie depoſcere 3.300.000. librarum anno CIↃ IↃC X illorum ſtipendiis 1.500.000. ſuffecerint.

Præterea vectigali ſalario imminuto aut remiſſo, ſingulis annis 2.050.000. libras minus fuiſſe acceptas.

Largitionum ratio ſuperioribus annis hæc fuit: Princeps Condæanus ſexennio proxime elapſo accepit 3.665.990. libr.

Comes Sueſſionenſis, filius & vidua, ſimiliter 1.500.000.

Princeps Contii cum conjuge 1400000. lib.

Dux Guiſæ fere 1.700.000.

Dux Nivernius 1.600.000.

Dux Longævillæ 1.200.000.

Dux Meduanæ pater & filius ſupra 2.000.000.

Dux Vindocinus 600.000.

Dux Eſpernonius 700.000.

Dux Bullionius 1.000.000.

Omnes Franciæ Mareſcalli, quorum numerus jam duplo auctior eſt, quadruplo plus capiunt quam ſolent, penſionibus ſingulorum augmento viginti quatuor millium libr. adjecto; ita ut ſinguli ſexennio nuper elapſo præter ſolitum acceperint 144.000. lib., & octo numero, quo fere fuerunt, 1.152.000. librar.

Ex quibus porro colligere facile ſit, quam indignis modis ærarium Regis, ipſo minore, exhauſtum ſit, cum hæc fere ad ſeptendecim myriades aſcendant; & tamen nihil hic dictum ſit de ordinariis horum principum & Officialium ſtipendiis, nihil de præſidiariorum multiplicatione, nihil de donis & honorariis eorumdem cauſa in amicos & familiares illorum collatis; quæ

quam-

quamplurima fuerunt; nihil denique de ſumtibus in bella civilia exhauſtis, quæ jam ter exarſerunt, & ærarium regium ſupra viginti myriadibus ſpoliarunt. Cæterum de Marchione Anchorano illiuſque conjuge (inquit author) verbum nullum,licet certum ſit, illos longe plus quam ſuperiores omnes hauſiſſe.

Ex Actis publicis. Anno CIↄ Iↄc. XXI, III Aprilis. Rex in Senatum venit, & convocatis omnibus claſſibus, ſedens in Iuſtitiæ lectiſternio promulgavit edictum, in quo de neceſſitatibus Regni, & ærarii regii inopia, pauca præfatus, ita infit. Iudicavimus, non poſſe commodius neceſſitatibus regni & ærarii inopiæ ſubveniri, quam alienando partem noſtrorum vectigalium, quemadmodum prædeceſſores noſtri fecerunt in ſimili occaſione, & neceſſitate minus urgente. Quapropter ſignificamus, poſt deliberationem habitam in conſiſtorio noſtro, cui interfuerunt aliqui Principum agnatorum, & alii Principes & officiales Coronæ noſtræ, aliique magnates & viri ſpectabiles; ex eorum conſilio & proprio noſtro motu, plenaria potentia & authoritate regia, ediximus, declaravimus & ordinavimus, edicimus,

declaramus & ordinamus; ut per perſonas rite inſtructas & per nos deputatas, vendantur & alienentur Præfecto mercatorum & decurionibus civitatis noſtræ Pariſienſis, ad quadringenta millia librarum annui & perpetui reditus, quorum principalis ſumma aſcendit ad ſex myriades & quadringenta millia librarum, ſumenda & habenda è vectigalibus noſtris & granariis ſalis, quæ dependent è generali redemtione vectigalium Regni. quæ ab hoc tempore declaramus affectata ſpecialiter ad ſolvendum in perpetuum dictum annuum cenſum: idque ſupra venditiones & conſtitutiones à prædeceſſoribus noſtris factas de iiſdem vectigalibus. Atque harum quadringentarum millium librarum annui reditus venditiones & conſtitutiones volumus & intelligimus faciendas & ordinandas per dictos Præfectum mercatorum & decuriones civitatis noſtræ Pariſienſis, omnibus & ſingulis habitatoribus dictæ civitatis, & aliis noſtris ſubditis qui ſponte ſua eadem acquirere volent; qui omnes & ſinguli ad emtionem hanc admittentur, modo ſolvant tres quartas ejuſdem pretii partes in parata pecunia, & reliquam quartam partem in debitis quæ à no-

à nobis rite debentur : ita ut pretium ejuſmodi venditionum & conſtitutionum recipiatur à quæſtore eorumdem vectigalium , & ab eodem transſcribatur Theſaurario ærarii noſtri, aut illius ſubdelegatis.

Hoc edictum promulgatum & perlatum fuit cum duobus aliis ; quorum primo conſtituebatur Graphiarius in ſingulis Electorum conceſſibus , cum poteſtate percipiendi quatuor denarios pro unaquaque libra omnium impoſitionum tam ordinariarum quam extraordinariarum ; pro verificatione & obſignatione codicillorum dictorum Electorum : altero autem attribuebantur omnibus Graphiariis Electionum ſex denarii de unaquaque libra omnium tributorum quæ imponentur & percipientur à ſubditis qui tributis addicti ſunt.

Porro ex tribus hiſce edictis judicabatur ad minimum decem myriades librarum ad regium ærarium perventuras , quæ bello adverſus reformatæ religionis ſubditos gerendo deſtinabantur.

Eodem anno , Sacri ordinis delegati à Rege per legatos rogati ut ærario ipſius ſubvenirent , myriadem au-

reorum obtulerunt; ea conditione ut in obſidionem Rupellæ impenderentur, & non in alium finem.

Anno CIↃ IↃC XXII *menſe* Martio, ut ærarii inopiæ & Regni neceſſitatibus ſubveniretur, aliquot nova *officia* edicto inſtituta; puta duorum conſiliariorum in ſingulis curiis præſidialibus; aliquot quæſtorum qui decimas colligant in ſingulis provinciis; & ſimilium: eorumdemque ſtipendia aucta.

Inter ærarii regii hirudines ſemper primum locum obtinere à pleriſque crediti ſunt quæſtores & coactores, atque alii ejuſdem conditionis Officiales. itaque præter communes omnium pene ordinum contra illos querelas, variis temporibus alii atque alii Regi media ſuggeſſerunt, quibus illos tanquam ſpongias exprimeret. Præſertim autem anno CIↃ IↃC XXIII quidam Bourgoinus artium & dolorum, qui quæſtoribus familiares ſunt, non ignarus, propoſuit, decem myriadas librarum quinque menſium ſpatio in fiſcum poſtliminio poſſe revocari, ſi diligenter in actiones & rationes illorum inquiratur.

Anno CIↃ IↃC XXIII, remoto à ſuprema quæſtura Regii ærarii Comite Schom-

Schombergio, in illius locum ſurrogatus fuit Marchio Vetusvilla: verum quum gratia, qua apud Regem valebat, ſuperbe abuti videretur, & Aulicis penſiones ſuas arroſiſſet; primum in odium aulicorum & aliorum incurrit, & mordacibus ſcriptis fuit petitus. in quibus ſuperbia illius & ſordes, ſoceri autem illius, qui ærario Regis ſecreto præfectus erat, peculatus & furta exagitabantur. Inter alia ipſi objectum, quod è ſubſidio, quod Rex quotannis Hollandis mittit, quadraginta millia aureorum intervertiſſet: quod una cum ſocero ſuo ſexcenta millia aureorum brevi tempore ærario regio ſubduxiſſet: denique & malæ illius artes, quibus Regem ſolus poſſidere ſatagebat, detectæ. quibus factum, ut gratia Regis excideret, & loco motus Amboſiam captivus abduceretur.

Vetusvilla amoto, gravis quoque tempeſtas in reliquos quæſtores & coactores vectigalium incubuit; & tribunal inquiſitorium in illos inſtitutum, quod vocant Cameram Iuſtitiæ: verum quæſtoribus aliquot captis, nonnulliſque tam abſentibus quam præſentibus condemnatis, pleriſque autem latitantibus, ab amicis & affinibus

illorum

illorum Edictum impetratum fuit, quo Rex plenariam præteritorum veniam certis conditionibus indulget; quarum præcipua erat, ut certa pecuniæ ſumma fiſco perſolvenda ſingulis imperaretur. Atque ita ſpongias haſce denuo expreſſit.

E libello autem ſupplici, quem Iunius quæſtor equitum celerum Regi obtulit, conſtat; Quæſtores & coactores aliquot, ut judicii ſeveritatem declinarent, ultro culpam faſſos fuiſſe, & mulctæ nomine obtuliſſe ſeptem myriadas librarum, certa proportione à ſingulis pendendarum.

Ferunt ex hac Quæſtorum mulcta ad fiſcum perveniſſe decem myriades & octingenta millia librarum.

Ex Apologia quam Vetusvilla ſcripſit ad Regni Cancellar. Gloriatur, ſe in ærario, cum munere ſuo abdicaretur, reliquiſſe quadringenta millia librarum, omnibus ſumtibus illius anni expunctis.

Cum jam ærarium Regium ſummis anguſtiis laboraret, & bellis civilibus atque aliis immanibus ſumtibus penitus exhauſtum eſſet, Rex Conventum ſpectabilium ex omnibus Regni ordinibus indixit anno CIↃ IↃC XXVI, initio menſis Decembris; In quo ſigilli regii cuſtos

cuſtos hæc propoſuit. Bellum, quod tribus annis, CIↃ IↃC XX, XXI, & XXII geſtum eſt, immanes ſummas exhauſit. Nam expenſa nonnullis annis aſcendit ad quadraginta myriades librarum; quæ deſumtæ ſunt ex ſubſidiis extraordinariis, & regnum gravarunt ingentibus expenſis, & incredibilem imminutionem annuorum redituum attulerunt. Poſt Montiſpeſſulani receptionem, quum jam nos bellis omnibus defunctos ſperaremus, recidivam paſſi ſumus per varias conſpirationes contra hanc Rempub. tam intra quam extra Regnum. Vicini noſtri magnas copias alebant ad limites Campaniæ & Picardiæ, parati ad dictas provincias invadendas; quæ cum ex certiſſimis indiciis Rex cognoviſſet, magnas item copias conſcribere & duplicem exercitum alere coactus fuit. Quinetiam inteſtinæ ſeditiones ad alendas copias in Languedocia, Guyenna & Pictavienſi provincia adegerunt; præter claſſem circa Rupellam, cujus hic fuit ſucceſſus ut omnes hodieque de illo lætentur. Præterea confæderatis Rhætis ſubſidia miſſa, aliiſque ad eundem modum. Quæ copiæ & expenſæ in illas neceſſario factæ non modo ærarium omne exhauſerunt, ſed & æs alienum

Regi conciliarunt,quod quinquaginta myriades librarum excedit. &c. *Et poſt pauca.* Ordinarii regni reditus non ſuperant ſedecim librarum myriades, & tamen expenſa ſuperioribus annis triginta ſex aut quadraginta myriades ſuperavit.

Munia Comitis Stabuli & Ammiralii plane extincta, quæ quotannis (præter alia incommoda) quadringenta millia librarum poſcebant.

Eodem tempore Deputati à Curia Rationalium miſſi; qui hæc ad Regem detulerunt: *In adminiſtratione ærarii regii graviter plurimis modis peccari, & rationes quæ à Quæſtoribus redduntur ita involvi & obnubilari, ut rei veritas ægre percipi poſſit: immanes enim ſummas veluti abſorberi ſub titulo paratæ pecuniæ ipſi Regi numeratæ, in cujus fraudulentas ſubreptiones inquiri vix ac ne vix quidem poſſit: multum quoque reditibus regni ſubduci ab illis, qui ante tempus tributorum & vectigalium trimeſtres ſummas repræſentant, &, quum lucrum penes illos ſit, ſi quid damni inopinato inciderit, in Regis ærarium redundare faciunt; quod ipſos tolerare æquum eſſet, qui periculo ſuo emolumentum inde expectant.*

Denique

Denique ad ipſum conventum Spectabilium, Marchio d'Effiat, qui tum ærario principis cum ampliſſima poteſtate præerat, hæc protulit, è quibus anguſtiæ ærarii digito demonſtrantur.

1. Superioribus annis aut belli inopinatis ſumtibus, aut ſubſidiis quæ confœderatis & vicinis ſubmiſſa ſunt, rerum expenſarum calculum imaginarium ut plurimum quinque aut ſex myriadibus librarum ſuperaſſe. *Vt hoc intelligatur, notandum è Bodino.* Perſapienter (inquit ille) Franciſcus primus ſingulos provinciarum quæſtores generales duo breviaria publicarum cujuſque provinciæ pecuniarum prid. Cal. Ian. ad ærarii ſanctioris præfectum mittere juſſit: alterum quidem rerum anni proxime præcedentis: alterũ conjecturale anni ſequentis. ut *præfectus* ærarii ex omnibus breviariis duo conficiat, breviſſimis capitibus ſummam accepti & expenſi rationem complectentia: ut principi ſenatuiq; plane exploratum ſit, quantæ facultatis, quantaque ærarii ſit inopia, ut commodius Reipub. caveatur, ac donationibus immenſis occurratur. Cujus rei quanta ſit utilitas, argumento eſſe poteſt, quod anno CIↃ IↃ LXXII ex breviario conjecturali, quod ad tribunos ærarii

allatum

allatum eſt, æſtimatio fiebat, partium caducarum ſummam fore 1750000 lib. Turon. at ſequenti anno intellectū eſt, 2450060 rationibus publicis accepto latum fuiſſe, cujus ſummæ vix ſexta pars publicis utilitatibus ceſſerat.

2. Regem Henricum IV. tenuiſſe modum, ut expenſi rationes longe infra accepti conſiſterent, & omnibus ordinariis atque extraordinariis ſumtibus expunctis, quod reliquum erat, in ſecretiorem theſaurum reconderet; ex quo natus ſit quinque myriadum & aliquot centenarum mill. librarum; qui ipſo decedente in Baſtilia reconditus erat theſaurus; præter duas myriadas in ærario ſummi quæſtoris reliquas. poſt diſceſſum vero illius, eos qui ærario præfuerunt, ſatis exiſtimaſſe ſi pro temporum neceſſitate expenſi & accepti ratio æquaretur: verum cum præter ſpem quotannis expenſi tres quatuorve myriadas accepti rationes ſuperaſſent, tandem ſacro illo depoſito manum admovere coactos fuiſſe, & ita utcunque ærarii inopiæ ad annum uſque CIƆ IƆC XIII ſuccurriſſe.

3. Poſtilla ut neceſſitatibus ſubveniretur, primum ſequenti demum anno accipienda in præſentis anni rationes intuliſſe, dein varia edicta fiſcalia at-

que alía ex aliis ſubſidia quærere coactos, & denique quæſtoribus & vectigalium redemtoribus ita ſe obnoxios reddidiſſe, ut digna juxta atque indigna ab iis pati cogerentur, & omnis in futurum rationes rite ab ipſis exigendi facultas præcideretur.

4. Patrimonium regium in totum eſſe oppignoratum. Ex Talleis, quæ ſingulis annis aſcendunt pæne ad novendecim myriades librarum, ad ærarium Regis pervenire ſolummodo ſex myriadas, atque has tranſire per manus viginti & duorum millium collectorum, qui illas ducunt ad CLX quæſtores Tallearum, & hi rurſus viginti & uni quæſtoribus generalibus annumerant, antequam ad ærarium Principis perveniant. Vectigalia quidem quotannis redimi ſeptem myriadibus & quadringentis mill. libr. (deductis ſumtibus publicanorum, qui ſunt circiter duæ myriades:) verum harum jam ſex myriades & trecenta millia librar. alienata, ita ut ad ærarium Regis tantum undecies centena millia librar. perveniant, quæ hoc & ſuperiore anno converſa fuerint ad ſolutionem uſurarum quæ communitati Pariſienſi debentur.

5. Se, cum menſe Iunio hujus anni

ſummæ quæſturæ admoveretur, non modo nihil in ærario inveniſſe, ſed reliqua hujus anni trimeſtria atque adeo prima anni ſequentis per anticipationem jam exhauſta cognoviſſe: cum interim immanes ſummæ quampluri-mis ſolvendæ incumberent. Nam milites qui ubique in præſidiis erant importune flagitabant ſolutionem ſtipendiorum quæ ipſis annis cIↃ IↃC XXV & XXVI debebantur: exercitus præterea ſtipendia ipſis ſuperioribus illis annis debita repoſcebant. præſidiariis autem pro duobus illis annis debebantur quinque myriades librarum: & licet quibuſdam nonnihil ſolutum fuerat, erant tamen alii quibus triginta menſium ſtipendia deberentur, exercitibus autem tam in Italia quam Rhætia & Francia, (quorum numerus ad nonaginta millia peditum, & ſex millia equitum aſcendit,) pro octo menſium ſtipendiis ſedecim myriades librarum debebantur. ita ut utrique militum ordini duæ & viginti myriades ſolvendæ reſtarent. donativa quoque integro biennio inſoluta erant; quæ faciunt circiter tres myriades. penſiones inſuper & ſtipendia Officialium coronæ, & aliorum, quæ requirunt ſupra duas myriadas. præter duodecies centena millia

millia librarum Reginæ Angliæ dotis nomine debita; & ſexies centena millia Dominis Ordinibus fœderati Belgii.

6. Rebus tam arctis, & ærario ita exhauſto, ſe nihilo ſecius ſolviſſe decies & quatuor centena millia lib. pro donativis; duodecies centena millia librar. Daniæ Regi; quingenta millia librarum Sabaudiæ Duci; duas myriades in parata pecunia miſiſſe ultra Alpes; præter duas myriades & trecenta millia librarum, quę militaribus copiis quæ ex Italia redierunt & aliis impenſæ ſunt. Et poſtquam alias ingentes ſummas à ſe perſolutas minutatim enumeraſſet, (quas hic brevitatis & tædii evitandi gratia prætereo,) concludit: omnes has expenſas à ſe ſolutas parata pecunia, quæ fœnori ſumta ſit, cujuſque uſuræ adſcendant ad myriadem librarum annuatim.

E quibus omnibus facile judicari poteſt, quanta tum anguſtia Regis ærarium laboraverit. quare anno CIↃ. IↃC XXVII ſupra viginti edicta fiſcalia uno tempore promulgata fuerunt, ut neceſſitatibus regni, & belli quod imminebat ſumtibus, ſubveniretur: quorum aliis aliquot nova officia inſtituta, aliis alia populo impoſita & imperata ſunt. Quare Regno neceſſario pa-

 ce opus

ce opus eſt, ut immanes hæ ærarii neceſſitates reſtaurari poſſint.

XI.

DE COMITIIS ORDINVM Regni.

Comitiorum publicorum uſus in Francia perantiquus eſt. Quorum hic finis eſt, ut Rex cum populis imperio ſuo ſubjectis quaſi in familiare colloquium deſcendere videatur, & de Repub. in commune conſulat, nec non privatorum querelas atque res, ut vere habent, citra fucum intelligat, quod per ſuorum fraudes ac dolos plerumque non licet. Convocandi autem ordines Regni non eadem ſemper fuit ratio. Olim enim Rex voluntatem ſuam per literas Paribus Franciæ ſignificabat, qui deinde Ordines ſuæ provinciæ adunabant, & eorum Delegatos ſecum ad conventum generalem adducebant. Sed hæc ratio jam diu mutata eſt, hodieque literæ ad Balivos & Seneſcallos diriguntur. Balivi autem & Seneſcalli, acceptis regiis mandatis, in ſuis quique diœceſibus particularia mandata per Officiales ſuos dirigunt, ad Nobiles omnes qui feuda aut terras poſſident in ipſorum

diſtrictu, itemque Eccleſiaſticos homines qui ibidem beneficia obtinent, & omnia oppida, municipia, pagos & parochias; &, ut omnes, quibus querelæ aliquæ inſtituendæ, in urbe principali conveniant, rogant, ibidem provinciæ illius nomine duos pluresve delegatos electuri, qui Comitiis publicis ipſorum nomine interſint.

Vbi autem die præfixo, in præcipua urbe Balivatus frequentes convenere, primo præleguntur alta voce per Graphiarium literæ Regiæ, (quas vocant patentes;) dein ſecundum indiculum ſinguli vocati nominatim citantur, & abſentes notantur; tum poſt gravem exhortationem, à Balivo aut Seneſcallo factam, à præſentibus exigitur juramentum, quo promittunt, ſe nominaturos & electuros ex ſuis quique ordinibus homines notæ probitatis, & Regis atque Reipublicæ commodis addictos, qui ad comitia publica delegentur, & loco à Rege conſtituto, querelas & poſtulata Conprovincialium ſuorum fideliter exponant.

Tum ſinguli ordines in ſingula atria & loca ſibi deſtinata ſecedunt, & poſt deliberationé deputatos ſuos eligunt, jusjurandum ab iiſdem exigunt, & rationem ineunt eorum de quibus queri

neceſſe exiſtimant, aut quæ æquum putant à Rege poſtulare. Quia autem ob Tertii ordinis ingentem multitudinem difficile, imo impoſſibile eſt, ut omnes una de capitibus proponendis deliberent, ex omni numero plerumque decem aut duodecim maxime ſpectabiles & notæ probitatis eliguntur, qui ex omnibus, quæ ſcripto ab aliis allata aut ſuggeſta ſunt, maxime neceſſaria ſeligant, & eiſdem codicillum ſuum inſtruant.

Notandum autem, in urbe Pariſiorum, utpote principali totius Regni, hunc ordinem ſervari, ut mandata dirigantur primo ad tribunos ſingularũ tribuum, qui ſunt ſedecim, (*quaterniers* vocant:) in eum finem, ut è ſuis quique tribubus decẽ maxime ſpectabiles cives ad conventũ mittant, partim cives, partim ſenatorii ordinis aut Curiales. Particulatim autem ad conventum illum vocatur Epiſcopus Pariſienſis, quaſi civis Pariſienſis, cum uno atque altero è ſingulis communitatibus eccleſiaſticis, ut S. Victoris, S. Marcelli, Carthuſianorum, Bernardinorum & aliorum; ſolis Mendicantibus exceptis, qui in hoc negotio pro mortuis habentur: præterea omnes civitatis conſiliarii numero viginti ſex; & ſedecim

viri,

viri, qui ſimul convocantur, una cum decurionibus artium mechanicarum: in eum finem, ut ſinguli ſeparatim deliberent de iis quæ ipſorum artem aut commercia contingunt. Cæterum, ad eundem modum à paucis ad id ſpecialiter electis & ſacramento adactis, omnium querelarum & poſtulatorum indiculus conficitur. Vt autem omnibus libere querelas ſuas aut poſtulata exponere liceat, omnibus dominicis & feſtis è ſuggeſtu plebi obnunciatur: & in Vrbis curia ciſta in hunc finem locatur, in quam cuivis ſcriptum injicere licet, aut in manus Deputatorum conſignare.

Denique in omnibus Ballivatibus & diœceſibus, poſtquam indiculus rite confectus fuerit, & conſignatus, delegatis ad Comitia publica perferendus traditur, cum idonea agendi & in publicum conſulendi authoritate. Atque hæc de convocatione ordinum dicta ſufficiant.

Vbi autem jam tempus comitiorum habendorum à Rege præſcriptum advenerit, pridie illius diei aut ante, prout Regi placuerit, per publicum præconem in omnibus triviis urbis quæ conventui deſtinata eſt promulgatur & diverſis locis affigitur edictum, quo ſin-

gulorum Ordinum Deputati locis ſibi deſtinatis ſeparatim convenire jubentur.

Locis porro ſuis quique convenientes, primum numerum Deputatorum ineunt, & catalogum eorumdem ſecundum antiquum provinciarum ordinem concinnant, per aliquem ſpeciatim ad id mutuo conſenſu electum, ſine ullo præjudicio ordinis, prærogativæ aut futuræ actionis.

Catalogo concinnato, & ſingulorum delegationibus & poteſtate rite excuſſa, præſes eligitur, qui in unaquaque ordinum claſſe actiones moderetur: atque hic in plebeii ordinis claſſe fere ſolet eſſe Præfectus mercatorum, non quod jure ſuo id ipſi competat, ſed quod electione ipſi deferatur: quæ cautio inſeritur actis, ad præjudicium futurum vitandum. Præſide conſtituto, communibus item ſuffragiis eligitur primum Graphiarius ſive Secretarius, & deinceps duo Euangeliſtæ; qui juramentum Præſidi præſtant, ſe probe munere ſuo defuncturos, & præcipue ſe ſecretum minime proditurοs. Deinceps, omnibus quæ ante acta fuerunt ad pleniorem confirmationem releſtis, Delegatos ex omnibus Balivatibus & Diœceſibus in duodecim claſſes ſecundum

cundum antiquum præfecturarũ modum repartiuntur, ne confuſio oriatur, & è tam prolixa omnium ſuffragiorum collectione nimia mora conventui objiciatur.

Prima claſſis conſtat è Deputatis civitatis Pariſienſis;quibus adjuncti ſunt Deputati exBalivatibus præfecturæ Inſulæ Francicæ, puta Veromanduis,Sylvanectenſibus, Valeſiis, Claromontanis,Bellovacis,&Ducatuum &Ballivatuum Nemoroſii, Mirabelli, Drocenſis.

Secunda claſſis complectitur Burgundiam, Ducatum & primum patriciatum Franciæ; in qua cenſentur Balivatus Divionis, Auguſtoduni,Auſciorum, Montis-Cabiloni, Matiſconis, & Autiſſiodori.

Tertia claſſis continet Normanniã; cujus Balivatus ſunt Rotomagus, Cadomum,Drocæ,Conſtantinum, & Giſortium.

Quarta claſſis eſt Guyenna;cui præter Balivatus, qui parlamento Burdegalenſi ſubſunt,in comitiisBlæſenſibus adjuncti fueruntDeputati Balivatus & Seneſcalliæ Pictavienſis, licet proxime præcedentibus comitiis per proviſionem,ut vocant,Aurelianenſi pręfecturæ fuiſſent attributi.

Quinta claſſis Britannia per ſe.

Sexta Claſſis Campania, comprehendens Balivatus Trecenſem, Melodunenſem, Caumontenſem, Victoriacum, Caſtellum Theodorici, Proviniũ, Sezannam, & Agendicum Senonum cum ſuis appendicibus.

Septima claſſis Languedocia, complectens Tholoſam, Carcaſſonam, Nemauſum, Podium, Laureacum.

Octava claſſis Picardia, complectens Ambianum, Pontivium, Bononiam, Peronam, Royam, Montem-Deſiderii, & Caletum.

Nona Aurelianum, continens oppidum Aurelianenſe, Blæſas, Turones, Andigavenſes, Cænomanos, Bituriges, Carnutes, Perchiam, Nivernium, *Gien*, Montargyrium, Stampas, Lodunum, & Encoliſmam.

Decima Lugdunenſis provincia, ad quam pertinent Lugdunum, Arvernia, Borbonia, Forenſes, Bellojoci, Marchia utraque, &c.

Vndecima Delphinatum continet.

Duodecima Provinciam cum ſuis diœceſibus.

Atque hic quidem ordo claſſium & præfecturarum combinatio à Rege decreta fuerat anno CIC IↃ LXXVI. Hæc è libello anno CIↃ IↃC XV impreſſo deſum-

ſumſimus; cum tamen ex actis Tertii ordinis eodem anno impreſſis appareat paſſim, Præfecturarum claſſes hoc ordine ſententiam rogatas fuiſſe.

Lutetia Pariſiorum & Inſulæ Franciæ.
Burgundia.
Normannia.
Guyenna.
Britannia.
Campania.
Languedocia.
Picardia.
Delphinatus.
Provincia.
Lugdunum.
Aurelianum.

Vt autem omnium querelarum & poſtulatorum indiculus ſive codicillus conficiatur, (*catrier* vocant Gallicè,) primũ ſingulæ claſſes ſingulatim conveniunt, & ex omnibus ſuorum Balivatuum libellis unum conficiunt, qui præfecturæ Codicillus appellatur. Omnibus autem rite paratis, antequam Comitia inchoentur, die dominico aut alioqui feſto, ſolemnes proceſſiones, orationes & jejunia celebrantur, præeunte Rege, & omnibus omnium ordinum delegatis ipſum comitantibus. Dein die ipſo Comitiis deſtinato in unum

unum locum per præconem convocantur. Hic Rex in Theatro editiori conſidet: ad dextram & ſiniſtram habens Reginam & liberos aut fratres: dein porro ad dextram ſcamno tranſverſo inſident Agnati Regis & alii principes Patricii: ad ſiniſtram ſimili ſcamno inſident, Epiſcopi Patricii, & Cardinales qui neque principes ſunt neque patricii: ad pedes regis ſedet magnus Regni Camerarius, & ante ipſum Comes ſtabuli cum nudo gladio erecto, itemque Cancellarius: in ipſo aditu Theatri ſedent quatuor Secretarii Status; & paulo longius ſub ipſo Theatro, Deputati trium Ordinum, locis à magiſtro cæremoniarum ipſis deſignatis: denique Conſiliarii conſiſtorii regii in aliis ſedilibus juxta ſedent: cingente conventum ingenti hominum corona.

Facto ſilentio Rex pauca præfatur, cætera per Cancellarium ſuum exponit, & Deputatis denique conveniendi & in commune conſulendi facit poteſtatem: tum à ſingulis trium Ordinum Deputatis gratiæ Regi aguntur, atque ita cœtus dimittitur. Deinceps poſtero die ſinguli Ordines ſeparatim conveniunt in locis deſtinatis; & querelas & poſtulata præfecturarum in unum libellum

bellum contrahunt: & de propoſitis capitibus primum ſeparatim inter ſe conferunt; (loquor jam de Tertii ordinis conventu;) deinde ſecundum claſſium ordinem, quem diximus, ſuffragia ineunt; & capitula ſecundum rei dignitatem certo ordine digerunt; exordio facto à rebus ſacris & eccleſiaſticis; & ita porro. Quid multa? ex omnibus omnium Diœceſium libellis tantum tres conficiuntur, à ſingulis Ordinibus ſinguli. Nonnumquam & Ordines per Deputatos inter ſe conferunt. Libellis rite paratis, ab Ordinibus ſinlis, ſinguli oratores eliguntur, qui petita à Rege venia gravamina regni coram ipſo explicent. Quapropter conventu rurſus facto, & Rege ad ſuperiorem modum conſidente, primum orator Eccleſiaſtici ordinis de geniculis orationem ſuam orditur, & Rege jubente ſtans nudo capite proſequitur; dein orator Nobilitatis ad eundem modum; verum plebeii ordinis orator genubus flexis orationem ſuam orditur atque abſolvit. Oratore Eccleſiaſtici ordinis perorante, illius ordinis reliqui primo quidem aſſurgunt, & nudo capite conſiſtunt, donec à Rege conſidere & capita tegere jubeantur. Nobilium eadem eſt ratio. Verum plebis

oratore

oratore dicente, reliqui illius ordinis neque conſidere neque capita tegere jubentur. Atque ita totus actus concluditur.

Solent Reges hæc ordinum comitia in rebus arctis aut neceſſitatibus Regni urgentibus convocare interdum per ſe ſola; interdum non tam generalia comitia quam ſelectos ex omnibus ordinibus ſpeciatim, quos Notabiles vulgo vocant, & conventum Notabilium; interdum & utroſque ſimul. Ita Rex Henricus II, menſe Ian. anni cIↄ Iↄ-LVIII, non modo trium Ordinum delegatos, ſed & deputatos ex omnibus Regni Parlamentis, in unum adunavit. Vnde Thuanus lib. XX Hiſtoriar. refert, Ioannem Sant-Andreanum Pariſienſis ac cæterarum regni curiarum, quarum delegati aderant, nomine in genua procumbentem Regi gratias egiſſe, quod ex magiſtratibus, qui vice regia jus dicunt, quartum ordinem conſtituerit, & ad cæteros tres regni ordines adjunxerit. Sed ſucceſſor illius Franciſcus II. tantum trium ordinum delegatos Aureliam convocavit anno cIↄ-Iↄ LX. Hujus vero ſucceſſor Carolus IX anno cIↄ Iↄ LXVI, Molinium in Bojis, accivit ex cunctis Regni Curiis primarios viros, ut querimoniis uni-

verſæ

verſæ Galliæ, quas Rex biennali luſtratione per totum Regnum collegerat, ſatisfieret, & ex eorum ſententia graſſantibus malis opportuna remedia adhiberentur. Rurſus ab Henrico III R. anno CIↃ IↃ LXXVI Blæſis comitia trium ordinum habita: de quibus Thuanus lib. LXIII. Vbi Rex Blæſas venit, ſpatio ordinum delegatis ad mandata ſua inſpicienda & inter ſe comparanda conceſſo, poſt altercationes inter eos ſubortas de ordinis in ſeſſionibus prærogativa, ac poſtea in Regio Conſiſtorio deciſas, ſingulis loca certa, quibus convenirent, aſſignantur. Sacer ordo in Sancti Salvatoris æde, Nobilitas in urbis Palatio, plebeius ordo in publicis ædibus, III Non. decemb. primum convenerunt. Dein poſt ſupplicationes per urbem publice celebratas, & jejunia indicta, ut res bene ac feliciter verteret, VIII Eid. ejuſdem menſis factum Comitiorum initium loco ad id in arce parato. Rex in ſublimi loco ſub uraniſco ſedebat: ad dextram infra ipſum Regina parens, & rurſus inferius Carolus Cardinalis Borbonius, Franciſcus & Carolus Borbonii fratres, Ludovicus Borbonius Monpenſeriæ Dux, & Franciſcus Delfinus Princeps F., Philippus Emanuel Lotharingus,

tharingus, Mercurii Dux, Aloiſię Reginę frater, Carolus Lotharingus Meduanæ Dux, Guiſii qui aberat frater, & à tergo eorum Iacobus Cruſſolius Vticenſium Dux. ad lævam ſedebat Regina uxor, & paulo infra eam Carolus Scarſius Lingonum, Gabriel Genenſis Laoduni, Nicolaus Bellovaci Epiſcopi & Franciæ Pares. in imo pegmate erat Renatus Biragus Cancellarius. tranſtris infra diſpoſitis ad dextram ſacri Ordinis Delegati, ad lævam Nobilitas, & infra plebeius Ordo ſedebat. Tum Rex orditur, oratione à Ioanne Morvillerio, ut creditur, compoſita; qua de cauſa convenerint, cunctis ex Regiis mandatis conſtare; & ita exiſtimare, ipſos plene à provinciis ſuis inſtructos huc acceſſiſſe; &c. Perorantem Regem excepit Renatus Biragus Cancellarius. Tum à trium Ordinum Delegatis actæ Regi gratiæ, & fidam pro ſe quiſque operam pollicitus eſt; ac ſe curaturos, ut regni voto, quantum eniti poſſent, responderetur. Ita facto Comitiis initio, cum omnes in officio manſuros Rex confideret, poſtridie occulti fœderis diverſos, quam putaverat, affectus ſenſit. nam plebeio Ordine præeunte, à Delegatis decretum eſt, ut Rex ante omnia rogaretur, Iudices daret, qui de iis, quæ ab

ab Ordinibus conjunctim aut ſeparatim proponerentur, adhibito uno ex ſingulis Ordinibus in unaquaque præfectura, cognoſcerent, liceretque illis contra judices datos, ſi qui ſuſpecti eſſent, apud Regem ſupplicare. quod vero ab illis Iudicibus una cum Delegatis Ordinum decerneretur, firmum ratumque eſſet, & legis vigorem obtineret. Qua re Rex aliquantum ut par erat animo perculſus, triduo poſt multo magis commotus eſt, cum Petrus Spinacus Archiepiſcopus Lugdunenſis, ſacri Ordinis in comitiis illis præſes, injectum ſub menſam, ad quam deliberaturus ſedebat, breviculum retulit; quo monebantur, ut à Rege impetrarent, quod concordibus Ordinum ſuffragiis decerneretur, id ratum eſſet; in quo diſſiderent, id à Rege, ex Reginæ Parentis, Regii ſanguinis Principum, & Franciæ Parium, & XII Ordinum Delegatorum ſententia, decideretur. Quod cum à Rege, miſſis è ſuo Ordine, coram Regina parente & Andino petiiſſet, temperate à Rege reſponſum fuit, quamprimum poſtulata Ordinum ad ſe allata eſſent, ad ea ſe ex conſiliariorum ſuorũ ſententia reſponſurum, & conſiliariorum nomina editurum; præterea benigne XII ex unoquoque

ordine delegatos auditurum, ac ſuper eorum petitionibus ea decreturum, quæ ſingulis ac univerſis ſatisfacere deberent. Quod ad ultimum poſtulatum, ut, de quo concordibus ordinum votis conveniſſet, id Rex ratum haberet, omnino ſe facturum pernegavit; quippe qui neſciret quid illi à ſe petituri eſſent. *Et poſt aliqua:* Dum coacervandis poſtulatis incumbitur, ſinguli ordines ante Regem eodem in illa Arcis aula ad id inſtructa convenerunt XVI Kal. Febru. & pro ſacro ordine archiepiſcopus Lugdunenſis homo vehementi eloquentia orationem habuit; pro nobilitate Claudius Belloſremontius Seneſcæus; pro plebeio ordine Petrus Verſorius celeberrimus cauſarū in foro Pariſienſi patronus. Summa orationum fuit, ut Regem ad religionem Catholicam Apoſtolicam Romanam, omni alia rejecta & interdicta, conſtituendam, &c. hortarentur. Ad quæ Rex paucis reſpondit, & ſibi pergratum dixit, quod univerſi in iis, quæ ad religionem & verum Dei cultum ſpectarent, tam pia conſenſione convenirent. de cetero ſe curaturum, ut ad poſtulata & querelas, re cum conſiliariis ſuis communicata, abunde & juxta ipſorum votum ſatisfaceret. porro

ro jubere ne quis ante peracta comitia & niſi accepto à Rege commeatu inde diſcederet. Demum prid. Non. Februar. in Comitiis conſtitutum fuit, ut poſtulatorũ collectio ab amanuenſi & duobus aſſeſſoribus ſubſcripta à Tertii ordinis præſide cum uno ex unaquaque præfectura delegato ad Regem perferretur, coram ſacro ordine & nobilitate; Regique Ordinum nomine ſupplicaretur, ut quamprimum de iis decerneret, minime petita ad præſens diſcedendi copia, ne inde occaſio delegatos re infecta dimittendi arriperetur. Miſſi ad Navarram & Condæum legati: quorum reſponſa cum in Comitiis relata eſſent, tandem placuit, ut, quando per delegatos officio ſuo defuncti eſſent, nec mandatum de ea re ullum haberent, amplius in eo negotio ne pergeretur; eoque magis, quod poſt Regi oblata poſtulata, quod jam ante V Eid. Febr. factum fuerat, mandata ſua exſpiraſſe, neque ullas agendi ſuas partes eſſe dicerent. Oblatis autem illis, à Guilielmo Avanſonio Ebrodunenſi Archiepiſcopo & Ludovico Angeneo Maintenonio relatum ad plebeium ordinem fuerat, de XII è numero ſuo eligendis, quos Rex, cum de poſtulatis decerneret, in conſilium adhibere

 dignare-

dignaretur. Sed Bodino maxime Tertii ordinis nomine obnitente, tandem commune ſuffragiorum votum fuit, ne ulli Delegati, qui cum regiis conſiliariis de poſtulatis decernerent, ab Ordinibus deligerentur. quod Rex, jam contrarium perſuaſus, iniquiſſime tulit. *Et poſt pauca :* Rex Delegatis Ordinum in regiam evocatis, propria voce ſignificat, cupere ſe, ut juxta ſupplicem libellum initio Comitiorum oblatum Delegati ex Ordinum numero poſtulatis decidendis interſint, qui ipſum de cauſis ac rationibus eorum, cum opus eſſet, plenius edoceant; eaque in re Ordinibus lubenter gratificari velle, quanquam ſuperioribus Comitiis nuſquã id uſurpatum fuerit. In alia actione cum ab aliis Ordinibus diceretur, poſtulatis ſemel Regi oblatis nullas Ordinum partes eſſe, quippe extinctis mandatis, audacter reſpondit Bodinus, in perduellionis crimen ipſos incurrere, qui poteſtatem agendi vel propria confeſſione non habeant, tamen quotidie conventicula celebrent; Verum ſe aliter cenſere, & licere adhuc Regi ſupplicare: Nam ut admittente Rege ad comitia Delegatos, actioni initium factum eſt, ita non

nisi

niſi eodem dimittente finem imponi poſſe.

Paulo prolixius hęc è Thuani Hiſtoria aſſcripſimus, ut Comitiorum ordo & authoritas plenius conſtaret: & inprimis ut (quod ab authore libelli anno CIↃ IↃCXV evulgati tanquam proprium Comitiorum aſſeritur, Regem rogare ut quod concordibus Ordinum votis decretum fuerit, id à Rege ratum habeatur, & ſimilia) id demum hiſce comitiis pravo more *uſurpatum*, & à Rege tum indigne acceptum fuiſſe intelligatur.

Ab eodem Rege Henrico III rurſus anno CIↃ IↃ LXXXVIII Comitia trium Ordinum Blæſis habita. Thuanus lib. XCII. Iam VIIIber inierat, & magna Delegatorũ pars Blæſas ad Comitia convenerat. Igitur Rex ut à Deo initium faceret, ſupplicationem ſolemnem indixit ad primã menſis Dominicam, &c. Proxima Dominica ad Franciſcanorum Rex cum Principibus ac Proceribus aulæ & Ordinum Delegatis convenit; ſumtiſque SS. Sacramentis, in ſequentem Dominicam Comitiorum initium rejecit. Comitiis factum initium XVII Kal. IXbres in arcis Blæſenſis aula. Sedebat Rex in

ſolio, &c. Guiſius, qui aderat, Magiſtri palatii munere fungebatur, infra Regem humili ſella ſedens, cum prægrandi baculo aureis liliorum floribus diſtincto. Cætera eodem pene ordine acta.

Anno CIƆ IƆ XCVI, Rex Henricus IV conventum indixit à ſuperioribus paulum diverſum; de quo operæ precium erit Thuanum audire; qui libro CXVII de eo ita ſcribit. Rex parta pleriſque locis pace, *ut res ex conſilio Principum, procerum & Regni Ordinum, quantum in præſentiarum licebat, ordinaret, delegatis ex præcipuis regni provinciis diem condixerat, qua in commune conſultarent.* Graſſabatur tunc Lutetiæ contagioſa lues; Et, quanquam inſolitum ad hunc diem haberetur, ut comitia regni extra Senatus Pariſienſis territorium haberentur, qui primariæ Regni curiæ prærogativa inſignitur; tamen Rex Rotomagum delegit, in quo conveniretur; quo XIII Kalend. Novembr. venit, & urbem regali pompa ingreſſus eſt. Aliquot poſt diebus pridie Nonas Novembris principium Comitiis factum in S. Audoëni ædibus. Rex in majore aula ſolio erecto ſedebat. infra ipſum ad lævam Henricus Borbonius Monpenſerius Provinciæ præſes,

Henri-

Henricus Sabaudus Nemoroſii dux, Henricus Momorantius M. E., Ioannes Ludovicus Nogaretus Eſpernonii, & Albertus Gondius Radeſiarũ duces; Iacobus Gobio Matignonus E. T. & Aquitaniæ per Gondæi abſentiam præſes. pone eos quatuorviri à ſecretis Epiſtolis. ex adverſo Alexander Medices Cardinalis Legatus, Petrus Gondius & Annas Scarſius Giurius Cardinales, Epiſcopi plerique. infra eos Curiarum regni præſides, Achilles Harlæus, Petrus Seguerius, Guilielmus Daffiſius Burdegalenſis, Petrus Faber Sanioranus Tholoſanæ; tum ex Rationalium & Vectigalium Curiis delegati, quæſtores & aliarum provinciarum juridici prætores ac civitatum decuriones. Rex brevi oratione uſus eſt. tum Philippus Huraltus Cancellarius cætera expoſuit. Poſtridie delegati in claſſes ita diſtributi, ut ſeorſim deliberarent, & poſtea in commune conferrent, confectumque poſtulatorum codicillum Regi porrigerent; qui tandem poſt maturam conſultationem confectus, & ab Henrico Borbonio Monpenſerio, Petro Cardinali Gondio, Alberto Gondio Radeſiarum duce, Iacobo Gobione Matignono E. T., ineunte anno proximo ſubſcriptus eſt.

Anno CIↃ IↃC XIV Rex Ludovicus XIII Comitia trium Ordinum Regni habuit Lutetiæ Pariſiorum; qui menſe Octobri in Cœnobio Auguſtinianorum locis ad id deſtinatis convenerunt. Die Dominica XXVI Octobris ſupplicationes publicæ celebratæ magna pompa. Poſtridie in aula Borbonia initium comitiis factum; rege in ſolio ſedente ſub uraniſco. Ad dextram erant Regina parens, ſoror regis, & Regina Margarita. Ad lævam frater Regis, & ſoror natu minor. Ad pedes ſedebat Meduanæ Dux, magnus Franciæ Camerarius. Comes Sueſſionenſis *magnus Franciæ* Magiſter inter regii ſanguinis Principes conſederat; *itaque* Dux Fronſaci & Comes S. Pauli, magnum Magiſtrum repręſentans, cũ baculo in manu tribus quatuorve paſſibus à Rege conſidebat. Ante Regem ad dextram ſedebant Princeps Condæus, & Sueſſionenſis, ſanguinis regii Principes; & paulo inferius in eodem tractu, Duces Guiſæ, Archiepiſcopus & Dux Remenſis & Dux Chevreuſæ fratres, Dux Ellebovii cognatus illorum, Duces Eſpernonii & Sullii. Ad ſiniſtram itidem Cardinales Perronius, Rupifocaldius, & Bonzius, è regione Principum ſanguinis: & paulo inferius Duces Ventadurii & Monbaſonii,

Anno CIↃ IↃC XIV Rex Ludovicus XIII Comitia trium Ordinum Regni habuit Lutetiæ Pariſiorum; qui menſe Octobri in Cœnobio Auguſtinianorum locis ad id deſtinatis convenerunt. Die Dominica XXVI Octobris ſupplicationes publicæ celebratæ magna pompa. Poſtridie in aula Borbonia initium comitiis factum; rege in ſolio ſedente ſub uraniſco. Ad dextram erant Regina parens, ſoror regis, & Regina Margarita. Ad lævam frater Regis, & ſoror natu minor. Ad pedes ſedebat Meduanæ Dux, magnus Franciæ Camerarius. Comes Sueſſionenſis magnus Franciæ Magiſter inter regii ſanguinis Principes conſederat; itaque Dux Fronſaci & Comes S. Pauli, magnum Magiſtrum repræſentans, cũ baculo in manu tribus quatuorve paſſibus à Rege conſidebat. Ante Regem ad dextram ſedebant Princeps Condæus, & Sueſſionenſis, ſanguinis regii Principes; & paulo inferius in eodem tractu, Duces Guiſæ, Archiepiſcopus & Dux Remenſis & Dux Chevreuſæ fratres, Dux Ellebovii cognatus illorum, Duces Eſpernonii & Sullii. Ad ſiniſtram itidem Cardinales Perronius, Rupifocaldius, & Bonzius, è regione Principum ſanguinis: & paulo inferius Duces Ventadurii & Monbaſonii,

baſonii; Mareſcalli Fran
Boiſdauphinius, Briſſac
ranus. Cancellarius tri
paſſibus à Rege ad læv
Quatuorviri à ſecretis
gmate menſæ aſſideba
obverſo. A tergo Reg
vreus pueritiæ quondar
ctus, & Tribuni corpo
dum. Sub Theatro, &
ab illo paſſibus, quamp
utrimque diſpoſita eran
ad dextram Regis eran
ſticus; quæ ad lævam
cæteris Tertii ordinis D
bant. Qumque Conſi
natores, & ſupplicum
giſtri, inter Regem & t
Delegatos medii, atque
loco conſediſſent: Del
dinum graviter de eo
que enim in ullis com
umquam uſitatum fu
ſe inter Regem & ipſ
Verum reſpondebatur
tam neceſſarios eſſe R
ſertim actione, ut ab
non poſſent. Ne tam
fenderetur, Clero & N
ſum ut unum atque al
promoverent. Omn

bus; Rex paucis, Cancellarius pluribus, conventum allocutus eſt: denique à trium ordinum delegatis ſuo ordine gratiæ Regi actæ. In conventu plebeii ordinis de conſidendi prærogativa inter claſſes certatum, ita ut Rex per edictum ordinem illarum conſtituere coactus ſit; qui talis fuit: *Lutetiæ* Pariſiorum & Inſulæ Franciæ, Burgundia, Normannia, Guyenna, Britannia, Campania, Languedocia, Picardia, Delphinatus, Provincia, Lugdunenſis provincia, Aurelianum. XXIII Februar. anno CIↃ IↃC XV Comitiis hiſce finis impoſitus eſt.

Anno CIↃ IↃC XVII, Rex conventum *Spectabilium* indixit Rotomagi habendum; quorum quum plerique jam adveniſſent, Comitiis initium factum à Rege IV. Decemb. in magno atrio Archiepiſcopatus: ubi controverſia incidit inter Nobilitatis delegatos & Præſides curiarum ſupremarum ſuper conſidendi prærogativa; quam Rex ita moderatus eſt, ut neuter ordo alterum præceſſiſſe videri poſſet. Nono ejuſdem menſis actioni ipſi initium datum. Conventui interfuerunt, & ſequenti ordine conſederunt: Regis Frater præſidis nomine loco eminentiori atrii. A cujus tergo erant adoleſcentiæ illius

bus; Rex paucis, Cancellarius pluribus, conventum allocutus eſt: denique à trium ordinum delegatis ſuo ordine gratiæ Regi actæ. In conventu plebeii ordinis de conſidendi prærogativa inter claſſes certatum, ita ut Rex per edictum ordinem illarum conſtituere coactus ſit: qui talis fuit: *Lutetiæ Pariſiorum & Inſulæ Franciæ, Burgundia, Normannia, Guyenna, Britannia, Campania, Languedocia, Picardia, Delphinatus, Provincia, Lugdunenſis provincia, Aurelianum.* XXIII Februar. anno CIↃ IↃC XV *Comitiis hiſce finis impoſitus eſt.*

Anno CIↃ IↃC XVII, *Rex conventum Spectabilium indixit* Rotomagi *habendum*; quorum quum plerique jam advenissent, Comitiis initium factum à Rege IV. Decemb. in magno atrio Archiepiſcopatus: ubi controverſia incidit inter Nobilitatis delegatos & Præſides curiarum ſupremarum ſuper conſidendi prærogativa; quam Rex ita moderatus eſt, ut neuter ordo alterum præceſſiſſe videri poſſet. Nono ejuſdem menſis actioni ipſi initium datum. Conventui interfuerunt, & ſequenti ordine conſederunt: Regis Frater præſidis nomine loco eminentiori atrii. A cujus tergo erant adoleſcentiæ illius

illius præfectus Domi
Tribunus cuſtodum c
lævam ſedis illius ſcar
moto inſidebant Carc
& Rupifocaldius; Du
Briſſacus E. T. Ante
troque latere ſedilibu
midiæ lunæ paulum in
cim è nobilitate ſedeb
tram & ſex ad lævam.
ſcamna locata erant
dum. quorum illi qu
Principis erat, inſideb
pus Auſcenſis, Narb
tenſis, Rotomagenſi
Epiſcopus Andegaven
Gratianopolitanus, C
ctavienſis & Antrigue
D. Nicolai & Mottev
des curiæ Rationaliur
tomagi, & utriuſque
curatores generales.
quod ad lævam erat
dunius primus Parlar
præſes; & ſub ipſo
ejuſdem præſes; & p
præſides Curiarum T
tianopolitanæ, Divio
genſis, Aquenſis & R
ipſis earumdem curi
res generales; deince

Vicecomitatus Pariſienſis, & Præfectus mercatorum ejuſdem urbis. Poſt hoc ſcamnum aliud minus locatum erat, cui inſidebant primi præſides Curiarum vectigalium Pariſienſis & Rotomagenſis, & earumdem procuratores generales. Intermedio loco ſedebat Graphiarius conſilii privati regis, & huic conventui eodem nomine ſpeciatim attributus. Denique huic conventui, præter Præſidem interfuerunt viri Spectabiles ſpeciatim à Rege evocati, omnino duo & quinquaginta.

Ad eundem modum Rex Conventum Spectabilium regni aggregavit Lutetiæ Pariſiorum anno CIↃ IↃ C XXVI menſe Decembri.

Atque ita videmus, Reges Galliæ interdum Comitia trium regni Ordinum indicere; interdum principales & notæ probitatis atque induſtriæ viros è variis provinciis evocare; ut cum iis de neceſſitatibus regni deliberent, & querelas atque poſtulata ſubditorum audiant: ita tamen ut nullam abſolutam illis attribuant decernendi poteſtatem.

XII. Fa-

Vicecomitatus Pariſienſis, & Præfectus mercatorum ejuſdem urbis. Poſt hoc ſcamnum aliud minus locatum erat, cui inſidebant primi præſides Curiarum vectigalium Pariſienſis & Rotomagenſis, & earumdem procuratores generales. Intermedio loco ſedebat Graphiarius conſilii privati regis, & huic conventui eodem nomine ſpeciatim attributus. Denique huic conventui, præter Præſidem interfuerunt viri Spectabiles ſpeciatim à Rege evocati, omnino duo & quinquaginta.

Ad eundem modum Rex Conventum Spectabilium regni aggregavit Lutetiæ Pariſiorum anno CIↃ IↃC XXVI menſe Decembri.

Atque ita videmus, Reges Galliæ interdum Comitia trium regni Ordinum indicere; interdum principales & notæ probitatis atque induſtriæ viros è variis provinciis evocare; ut cum iis de neceſſitatibus regni deliberent, & querelas atque poſtulata ſubditorum audiant: ita tamen ut nullam abſolutam illis attribuant decernendi poteſtatem.

XII. Fa-

XII.

Familia Regia.

CONNVBIVM ET LIBERI Henrici IV cognomine magni, Franciæ & Navarræ Regis.

VXor Maria de Medices, filia Franciſci magni Hetruriæ Ducis, & Ioannæ Auſtriacæ, natæ Reginæ Hungariæ & Bohemiæ; filiæ, ſororis, amitæ & cognatæ Imperatoris Germaniæ. E qua progenuit;

Ludovicum Iuſtum XIII ejus nominis, qui hodie in Gallia feliciter regnat.

N. Ducem Aurelianenſem; qui natus eſt anno CIↃ IↃC VII, & denatus anno CIↃ IↃC XI.

Gaſtonem Ioannem Baptiſtam, Ducem Aurelianenſem & Carnutenſem, Comitem Blæſenſem, &c. hic natus eſt anno CIↃ IↃC VIII. Duxit in uxorem Mariam unicam filiam & hæredem Henrici Ducis Montpenſerii anno CIↃ IↃC XXVI: quæ deceſſit anno CIↃ IↃC XXVII poſtquam illi unicam filiam peperiſſet.

Elizabetham; quæ nata fuit anno CIↃ IↃC II, & deſponſata Philippo tum Prin-

Principi, nunc IV illius nominis Hiſpaniarum Regi, & nupta illi anno CIↃ IↃC XV; peperitque anno CIↃ IↃC XXIII Mariam Catharinam; quæ paulo poſt obiit; & poſtilla aliam item filiam.

Chriſtianam; quæ nata fuit anno CIↃ IↃC VI; deſponſata Victori Amedæo Principi Pedemontii, anno CIↃ IↃC XIX, menſ. Ian.; & menſe Feb. nupta.

Henriettam Mariam; quæ nata fuit anno CIↃ IↃC IX; deſponſata anno CIↃ IↃC XXIV Carolo tunc Principi, nunc Regi magnæ Britanniæ; nupta anno CIↃ IↃC XXV.

Liberi naturales.

Ex Gabrielide Eſtræa Duciſſa de Beaufort *& Marchioniſſa de* Monceaux.

1. *Caſar*, Dux Vindocinus, Belloſortius & Stampenſis, &c. natus anno CIↃ IↃ XCIV. qui duxit in uxorem Franciſcam Lotharingam filiam unicam Philippi Emanuelis ducis Mercuriani, &c. anno CIↃ IↃC IX; è qua ſuſcepit
   Ludovicum Ducem Mercurii.
   Franciſcum principem Martignes.
   Iſabellam.
2. *Alexander* magnus, Franciæ Prior,

Principi, nunc IV illius nominis Hiſpaniarum Regi, & nupta illi anno cIↃ IↃC XV; peperitque anno cIↃ IↃC XXIII Mariam Catharinam; quæ paulo poſt obiit; & poſtilla aliam item filiam.

Chriſtianam; quæ nata fuit anno cIↃ IↃC VI; deſponſata Victori Amedæo Principi Pedemontii, anno cIↃ IↃC XIX, menſ. Ian.; & menſe Feb. nupta.

Henriettam Mariam; quæ nata fuit anno cIↃ IↃC IX; deſponſata anno cIↃ IↃC XXIV Carolo tunc Principi, nunc Regi magnæ Britanniæ; nupta anno cIↃ IↃC XXV.

Liberi naturales.

Ex Gabrielide Eſtræa Duciſſa de Beaufort & Marchioniſſa de Monceaux.

1. *Cæſar*, Dux Vindocinus, Bellofortius & Stampenſis, &c. natus anno cIↃ IↃ XCIV. qui duxit in uxorem Franciſcam Lotharingam filiam unicam Philippi Emanuelis ducis Mercuriani, &c. anno cIↃ IↃC IX; è qua ſuſcepit
Ludovicum Ducem Mercurii.
Franciſcum principem Martignes.
Iſabellam.

2. *Alexander magnus*, Franciæ Prior,

Prior, natus anno cIↃ I

3. *Catharina Henri*
cIↃ IↃC XIX nupſit Car
Duci Ellebovii; è qu
plures liberi nati, quor
tus appellatur Comes d

Ex Henrietta de Ba
niſſa de Ver

1. *Henricus* de Bou
Metenſis.

2. *Gabrielis*; quæ n
IↃC XXII Bernardo Du
tertio-genito Ducis E
decedens unicam filiar

Ex Iacoba de B
tiſſa de Mo

Antonius de Bour
Moret.

Ex Carlotta de E
de Romora

Ioanna de Bourbon
ro, Abbatiſſa Coadj
vraud.

Maria Henrietta d
de S. Placida, Abbatiſ

Connubium Lud

Ludovicus XIII

ſtus, natus anno cIↃ IↃC I, XXVII Septemb. Coronatus Rhemis anno cIↃ IↃC X. Duxit in uxorem Annam Auſtriacam primogenitam Philippi III Hiſpan. Regis. è qua nullos dum liberos progenuit.

Connubia & Liberi Principum Condæorum.

Ludovicus de Bourbon Princeps Condæus, Dux d'Anguyen, Marchio Contii, Comes Soiſſons, &c. natus anno cIↃ IↃ XXX. & poſt prœlium, bello civili ardente, occiſus anno cIↃ IↃ LXIX.

Duxerat in uxorem Eleonoram Royanam, ex antiqua & Illuſtri familia in Picardia, anno cIↃ IↃ LI: è qua ipſi nati;

Henricus I, Dux Condæus.

Carolus, qui infans obiit.

Franciſcus, Princeps Contii.

Carolus Cardinalis Borbonius & Ludovicus gemelli.

Catharina; Margarita; Magdalena, quæ infantes deceſſerunt.

Duxit in ſecundam uxorem Franciſcam Aurelianenſem, filiam Marchionis de Retelin, & ſororem Ducis Longevillani; è qua ipſi nati;

Carolus, Comes de Soiſſons.

Ludo-

ſtus, natus anno CIↃ IↃC I, xxvii ſe-
ptemb. Coronatus Rhemis anno CIↃ
IↃC X. Duxit in uxorem Annam Au-
ſtriacam primogenitam Philippi III
Hiſpan. Regis. è qua nullos dum libe-
ros progenuit.

*Connubia & Liberi Princi-
pum Condæorum.*

Ludovicus de Bourbon Princeps Condæus, Dux d'Anguyen, Marchio Contii, Comes Soiſſons, &c. natus anno CIↃ IↃ XXX. & poſt prælium, bello civili ardente, occiſus anno CIↃ IↃ LXII.

Duxerat in uxorem *Eleonoram* Royanam, ex antiqua & illuſtri familia in Picardia, anno CIↃ IↃ LI: è qua ipſi nati;

Henricus I, Dux Condæus.

Carolus, qui infans obiit.

Franciſcus, Princeps Contii.

Carolus Cardinalis Borbonius & Ludovicus gemelli.

Catharina; Margarita; Magdalena. quæ infantes deceſſerunt.

Duxit in ſecundam uxorem Franciſcam Aurelianenſem, filiam Marchionis de Retelin, & ſororem Ducis Longevillani; è qua ipſi nati;

Carolus, Comes de Soiſſons.

Ludo-

Ludovicus & Benjamin; qui ambo infantes obierunt.

Henricus I, Princeps Condæus, &c. natus anno CIↃ IↃ LII, & denatus anno CIↃ IↃ LXXXVIII. Duxit in uxorem primo Mariam Clivenſem, filiam Franciſci I Ducis Nivernii; è qua tantum nata ipſi filia Catharina; quæ cœlebs obiit. Secundo Carlottam Catharinam Tremolliam, filiam unicam Ludovici Domini Tremollii, Ducis Tovarſii, &c. E qua ipſi nati;

Henricus II, Princeps Cond.

Eleonora; quæ anno CIↃ IↃC VI nupſit Philippo Principi Arauſionenſi; ex quo nullos liberos ſuſcepit; & obiit paulo poſt maritum.

Henricus II, Princeps Condæus, &c. natus anno CIↃ IↃ LXXXVIII. Duxit in uxorem Carlottam-Margaritam filiam Henrici Ducis Momorancii, anno CIↃ IↃC IX. è qua ipſi nati unus maſculus, & dein gemelli itidem mares; qui ſtatim poſt partum obierunt.

Ludovicus, Dux Anguianus, anno CIↃ IↃC XXI.

Anna, deſponſata Franciſco Lotharingo principi de Ioinville.

Connubia Principis Contii.

Franciſcus Ludovici Principis Con-

 dæ

dæi fil. natus anno cIↄ Iↄ LVIII. denatus anno cIↄ Iↄc XIV. Duxit in uxorem primo, anno cIↄ Iↄ LXXXII, Ioannam de Coëſme; è qua nullos liberos ſuſtulit; ſecundo, anno cIↄ Iↄc V, Margaritam Lotharingam filiam Henrici Ducis Guiſiæ; è qua genuit filiam Mariam; quæ infans obiit.

Connubia & liberi Comitum Sueſſionenſium.

Carolus Ludovici principis Condæi fil. natus anno cIↄ Iↄ LXVI. denatus anno cIↄ Iↄc XII. Duxit in uxorem anno cIↄ Iↄc I Annam de Montafe; è qua ipſi nati:

Ludovicus, Com. Sueſſionenſis.

Ludovica uxor Henrici Aurelianenſis, Ducis Longevillæ.

Maria; quæ nupſit Thomæ Sabaudo Marchioni de Buſce, &c. quartogenito Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ, anno cIↄ Iↄc XXV.

Ludovicus II, Comes Sueſſionenſis. natus anno cIↄ Iↄc IV. de cujus connubio mihi nondum conſtat.

*

Genea-

dæi fil. natus anno CIↃ IↃ LVIII. deceſſit anno CIↃ IↃC XIV. Duxit in uxorem primo, anno CIↃ IↃ LXXXII, Joannam de Coëſme; è qua nullos liberos ſuſtulit; ſecundo, anno CIↃ IↃC V, Margaritam Lotharingam filiam Henrici Ducis Guiſiæ; è qua genuit filiam Mariam; quæ infans obiit.

Connubia & liberi Comitum Sueſſionenſium.

Carolus Ludovici principis Condæi fil. natus anno CIↃ IↃ LXVI. denatus anno CIↃ IↃC XII. Duxit in uxorem anno CIↃ IↃC I Annam de Montafe; è qua ipſi nati:

Ludovicus, Com. Sueſſionenſis.

Ludovica uxor Henrici Aurelianenſis, Ducis Longevillæ.

Maria; quæ nupſit Thomæ Sabaudo Marchioni de Buſce, &c. quartogenito Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ, anno CIↃ IↃC XXV.

Ludovicus II, Comes Sueſſionenſis. natus anno CIↃ IↃC IV. de cujus connubio mihi nondum conſtat.

Genea-

Genealogia Regis & Reginæ; è qua patet, quo gradu conſanguinitatis ſe invicem tangant.

Maximilianus & Maria Burgund.

Philippus.

1	Carolus V Imp.	Ferdinand. Imp.
2	Philippus II Hiſp. Rex.	Ioanna Duci Florentiæ nupta.
3	Philippus III Hiſp. R.	Maria uxor Henr. IV, G. R.
4	Anna.	Ludovicus XIII.

XIII.

SYLLOGE DVCVM ET PARium Franciæ, prout hodie cenſentur.

Vindocinum.

VIndocini Comitatus, in Ducatum & patriciatum converſus fuit à Franciſco I. R., anno CIↃ IↃ XIV.

Guiſa.

Guiſæ Comitatus, in Ducatum & patriciatũ mutatus fuit à Franciſco I. R., in gratiam Claudii Lotharingi, anno CIↃ IↃ XXVII.

Montpenſerium.

Comitatus Montpenſerii, primum in Ducatum & patriciatum verſus fuit ab eodem Franciſco primo, anno CIↃ IↃ XXXVIII, in gratiam Ludovicæ Borboniæ, & filii illius primogeniti Ludovici principis *de la Roche-guyon*.

Ellebovium.

Marchionatus Ellebovii, in Ducatum & patriciatum mutatus fuit à Rege Henrico III, anno CIↃ IↃ LXXXI, in gratiam Caroli Lotharingi Comitis *de Harcourt*.

Nivernium.

Comitatus Nivernii, in Ducatum & patriciatum mutatus *fuit*, ut vult Tilius, anno 1459, ut alii, anno 1528, in gratiam Franciſci Olivenſis & Mariæ Labretanæ.

Aumalium.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum converſus fuit ab Henrico II, an-

Guiſa.

Guiſæ Comitatus, in Ducatu[m] & patriciatũ mutatus fuit à Franciſ[co] R., in gratiam Claudii Lotharingi[i] [an]no CIↃ IↃ XXVII.

Montpenſerium.

Comitatus Montpenſerii, prim[um] in Ducatum & patriciatum verſus [eſt] ab eodem Franciſco primo, anno C[IↃ] IↃ XXXVIII, in gratiam Ludovicæ Bo[ur]boniæ, & filii illius primogeniti Lu[do]vici principis *de la Roche-guyon.*

Ellebovium.

Marchionatus Ellebovii, in Duc[a]tum & patriciatum mutatus fuit à Re[]ge Henrico III, anno CIↃ IↃ LXXXI, i[n] gratiam Caroli Lotharingi Comitis [de] *Harcourt.*

Nivernium.

Comitatus Nivernii, *in Ducatum &* patriciatum *mutatus fuit, ut vult Ti*lius, anno 1459, *ut alii*, anno 1528, in gratiam Franciſci Olivenſis & Mariæ Labretanæ.

Aumalium.

*Comitatus hic in Ducatum & pa*triciatum *converſus fuit ab Henrico* II, an-

II, anno 1547, in gratiam Franciſci Lotharingi primogeniti Claudii Ducis Guiſæ.

Mercurium.

Principatus Mercurii, Ducatus & patriciatus eſt factus à Carolo IX, anno CIↃ IↃ LXIX, in gratiam Nicolai Lotharingi Comitis Vaudemontii.

Montmorancium.

Baronia Montmorancia, Ducatus & patriciatus facta ab Henrico II, anno CIↃ IↃ LI, in gratiam Annæ Momorancii Coneſtabilis Franc.

Ponthieure.

Comitatus Ponthieure, Ducatus & patriciatus factus eſt à Carolo IX, anno CIↃ IↃ LXIX, in gratiam Sebaſtiani Luxenburgenſis.

Mayenne.

Marchionatus primum, in Ducatum & patriciatũ verſus à Carolo IX, anno CIↃ IↃ LXXIII, in gratiam Caroli Lotharingi ſecundo-geniti Franciſci Ducis Guiſæ.

Piney.

Ducatus hic patriciatum adeptus eſt regnante Henrico III, anno CIↃ IↃ-

lxxxi, in gratiam Franciſci Luxemburgenſis.

Aiguillon.

Baronia hæc in Ducatum & patriciatum mutata fuit ab Henrico IV, anno cIↃ IↃ xcix, in gratiam Henrici Lotharingi primogeniti Caroli Ducis Meduanæ.

Rohan.

Vicecomitatus, in Ducatum & patriciatum verſus ab Henrico IV, anno cIↃ IↃc iii, in gratiam Henrici de Rohan, Domini de Leon.

Ioyeuſe.

Vicecomitatus, in Ducatum & patriciatum verſus ab Henrico III, anno cIↃ IↃ lxxxii, in gratiam Annæ Vicecomitis Ioüſæ, qui ſororem Reginæ duxerat in uxorem.

Rethelois.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum mutatus fuit ab Henrico III, anno cIↃ IↃ lxxxi, in gratiam Ludovici Gonzagæ & Henricæ Clivenſis.

Halvyn.

Marchionatus Magnelay, conſtans xvi aut xvii pagis, in Ducatum & patricia-

LXXII, in gratiam Franciſci Luxemburgenſis.

Aiguillon.

Baronia hæc in Ducatum & patriciatum mutata fuit ab Henrico IV, anno cIↃ IↃ XCIX, in gratiam Henrici Lotharingi primogeniti Caroli Ducis Meduanæ.

Rohan.

Vicecomitatus, in Ducatum & patriciatum verſus ab Henrico IV, anno cIↃ IↃC III, in gratiam Henrici de Rohan, Domini de Leon.

Ioyeuſe.

Vicecomitatus, in Ducatum & patriciatum verſus ab Henrico III, anno cIↃ IↃ LXXXII, in gratiam Annæ Vicecomitis Ioüſæ, qui ſororem Reginæ duxerat in uxorem.

Rethelois.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum mutatus fuit ab Henrico III, anno cIↃ IↃ LXXXI, in gratiam Ludovici Gonzagæ & Henricæ Clivenſis.

Halvyn.

Marchionatus Magnelay, conſtans XVI aut XVII pagis, in Ducatum & patricia-

triciatum Halvyn mutatus fuit ab Henrico III, anno cIↃ IↃ LXXXVI. Hæc dignitas per matrimonium devenit ad Comitem Candalæ.

Montbaſon.

Comitatus hic, Ducatus & patriciatus eſt factus ab Henrico III, anno cIↃ IↃ LXXXVIII, in gratiam Ludovici Rohani Com.

Ventadour.

Ducatus hic patriciatum conſecutus eſt ab Henrico III, anno cIↃ IↃ LXXXIX.

Thouars.

Ducatui acceſſit patriciatus beneficio Henrici IV, anno cIↃ IↃ XCV, in gratiam Claudii Tremollii.

Eſpernon.

Baronia in Ducatum & patriciatum mutata ab Henrico III, anno cIↃ IↃ LXXXI, in gratiam Ioannis Ludovici Nogareti *de la Valette.*

Raiz.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum fuit converſus ab Henrico III, anno cIↃ IↃ XCII, in gratiam Alberti Gondii.

Fronſac.

Marchionatus Fronſac in Ducatum & patriciatum inſtitutus fuit per Henricum IV, anno CIↃ IↃC VIII, in gratiam Franciſci Aurelianenſis Com. S. Pauli.

Damoille.

Baronia Damoillæ in Ducatum & patriciatum converſa fuit à Ludovico XIII, anno CIↃ IↃC X, in gratiam Caroli Momorancii Ammiralii Franciæ.

Vzez.

Ducatui huic patriciatus fuit conjunctus ſub Carolo IX, anno CIↃ IↃ LXXII.

Beaufort.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum fuit converſus ab Henrico IV, anno CIↃ IↃ XCVII, in gratiam Cæſaris filii ſui naturalis.

Biron.

Baronia Biron in Ducatum & patriciatum mutata fuit ab Henrico IV, anno CIↃ IↃ XCVIII, in gratiam Caroli Guntaldi, Mareſcalli Franc.

Sullii.

Fronſac.

Marchionatus Fronſac in Ducatum & patriciatum inſtitutus fuit per Henricum IV, anno CIↃ IↃC VIII, in gratiam Franciſci Aurelianenſis Comitis S. Pauli.

Damville.

Baronia Damoille in Ducatum & patriciatum converſa fuit à Ludovico XIII, anno CIↃ IↃC X, in gratiam Caroli Momorancii Ammiralii Franciæ.

Uzeſ.

Ducatui huic patriciatus fuit conjunctus ſub Carolo IX, anno CIↃ IↃ LXXII.

Beaufort.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum fuit converſus ab Henrico IV, anno CIↃ IↃ XCVII, in gratiam Cæſaris filii ſui naturalis.

Biron.

Baronia Biron in Ducatum & patriciatum mutata fuit ab Henrico IV, anno CIↃ IↃ XCVIII, in gratiam Caroli Gontaldi, Mareſcalli Franc.

Sullii.

Sullii.

Baronia Sullii in Ducatum & patriciatum verſa ab Henrico IV, anno CIↃ IↃC VI, in gratiam Maximiliani Bethunii Marchionis Rhonii.

Chaſteauroux.

Marchionatus Chaſteauroux in Biturigum provincia, in Ducatum & patriciatum converſus fuit à Ludovico XIII, anno CIↃ IↃC XVI, in gratiam Henrici Borbonii Principis Condæi.

Dunois.

Comitatus hic in Ducatum & patriciatum verſus fuit à Franciſco primo, in gratiam Franciſci Aurelianenſis.

Briſſac.

Comitatum in Ducatum & patriciatum vertit Ludovicus XIII, in gratiam Caroli Coſſæi Mareſcalli Franciæ.

Plures præterea Ducatus & patriciatus à Ludovico XIII inſtituti, quos brevitatis cauſa prætereo.

XIV.

SYLLOGE ILLORVM QVI ſummis officiis in Regno & Aula ſub Ludovico XIII ſuperioribus annis præfuerunt.

Comites Stabuli.

CArolus d'Albert, Dux Luynes, Par Franciæ.

Franciſcus Bona, Dux d'Eſdiguieres, Par Franciæ.

Cancellarii & Sigilli privati Cuſtodes.

Guilielmus du Vair, primus præſes parlamenti Provinciæ, cuſtos ſigillorum, & Epiſcopus Lexovienſis.

Claudius Mangot, cuſtos Sigillorum.

Nicolaus Brulartus, dignitati Cancellarii poſtliminio reſtitutus.

Guilielmus du Vair, cuſtodiæ ſigilli reſtitutus.

Emericus de Vic, dominus d'Ermenoville, cuſtos ſigillorum.

Ludovicus le Ferre, dominus Caumartin, cuſtos ſigillorum.

Stephanus Aligrius, primo ſigillorum cuſtos, dein Cancellarius.

Michaël

XIV.

SYLLOGE ILLORUM QUI ſummis officiis in Regno & Aula ſub Ludovico XIII ſuperioribus annis præfuerunt.

Comites Stabuli.

CArolus d'Albert, Dux Luynes, Par Franciæ.

Franciſcus Bona, Dux d'Eſdiguieres, Par Franciæ.

Cancellarii & Sigilli privati Cuſtodes.

Guilielmus du Vair, primus præſes parlamenti Provinciæ, cuſtos ſigillorum, & Epiſcopus Lexovienſis.

Claudius Mangot, cuſtos Sigillorum.

Nicolaus Brulartus, dignitati Cancellarii poſtliminio reſtitutus.

Guilielmus du Vair, *cuſtodiæ ſigilli reſtitutus.*

Emericus de Vic, dominus d'Ermenoville, cuſtos ſigillorum.

Ludovicus le Ferre, dominus Caumartin, cuſtos ſigillorum.

Stephanus Aligrius, primo ſigillorum cuſtos, dein Cancellarius.

Michaël Marillacus, cuſtos ſigillorum.

Tribuni Equitum.

Concino Concini, Marchio d'Ancre.

Ægidius Dominus *Souvreus*, Marchio Courtenuau.

AntoniusDominus Roque-laure.

Ludovicus Dominus de la Chaſtre, Baro Maiſonfort.

Pontius de Lauzieres, Marchio Themines.

Franciſcus de la Grange, Dominus Montignii.

NicolausHoſpitalius, Marchio Vitry.

Carolus Choiſellius, Dominus Praſlin.

Ioannes Franciſcus de la Guiche, D. S. Geran.

Honoratus d'Albert, Dominus de Cadenet, & poſtea Dux de Chaulne, & Par Franciæ.

Franciſcus d'Eſparnez, Marchio Albæterræ.

Carolus D. de Crequy, Dux Deſquirius, Par Franciæ.

Iacobus Nompar de Caumont, Marchio de la Force.

Gaſpar Collinius, dominus de Chaſtillon.

Franciſcus Dominus de Baſſompiere.
Henricus Schombergius, Comes Nantoliæ.
Ioannes Baptiſta Ornanus, Marchio Moulant.
Timoleon Eſpinæus, Dominus S. Lucæ, & Comes Eſtelan.
Franciſcus Annibal d'Eſtree, Marchio de Cœuvre.

Ammiralius.

Henricus II Dux Momorancius, Par Franciæ.

Magnus Magiſter.

Ludovicus Borbonius, Comes Sueſſionenſis.

Magni Camerarii.

Henricus Lotharingus, Dux Meduanæ, Par Franciæ.
Claudius Lotharingus, Dux de Chevreuſe, Par Franciæ.

Summi Hippocomi.

Cæſar Auguſtus Bellogardius, Marchio de Termes.
Rogerus Dux Bellogardii, Par Franciæ, poſt deceſſum fratris minoris natu dignitati reſtitutus.

Clo-

Franciſcus Dominus de Baſſompiere.

Henricus Schombergius, Comes Nanteolii.

Ioannes Baptiſta Ornanus, Marchio Moulant.

Timoleon Eſpinæus, Dominus S. Lucæ, & Comes Eſtelan.

Franciſcus Annibal d'Eſtree, Marchio de Cœuvre.

Ammiralius.

Henricus II Dux Momorancius, Par Franciæ.

Magnus Magiſter.

Ludovicus Borbonius, Comes Sueſſonenſis.

Magni Camerarii.

Henricus Lotharingus, Dux Meduanæ, Par Franciæ.

Claudius Lotharingus, Dux de Chevreuſe, Par Franciæ.

Summi Hippocomi.

Cæſar Auguſtus Bellogardius, Marchio de Termes.

Rogerus Dux Bellogardii, Par Franciæ, poſt deceſſum fratris minoris natu dignitati reſtitutus.

Colo-

Colonellus peditatus Gallici.

Bernardus Dux de la Valette, dictus Par Franciæ.

Magnus bellicarum machinarum præfectus.

Maximilianus Bethunius, Marchio Roſnii.

Magni Accipitrarii.

Carolus Marchio Vetusvillæ.

Andreas de Vivonne, Baro de Chaſtaigneraye.

Carolus d'Albert, Dominus de Luynes.

Claudius Lotharingus, Dux de Chevreuſe, Par Franciæ.

Magnus Artocopus.

Franciſcus Coſſæus, Dux Briſſac, Par Franciæ.

Magnus Eleemoſynarius.

Franciſcus, Cardinalis Rupifocaldius, & Epiſcopus Silvanectenſis.

XV. CA-

XV.

CATALOGVS OMNIVM Equitum S. Spiritus, Anno CIↃ IↃC XX.

Rex, caput ordinis.
Gaſton, unicus Regis Frater.

Agnati Regis.

Henricus Borbonius, princeps Condæus, Dux Anguianus, primus princeps regii ſanguinis, & primus Par Franciæ, Gubernator provinciæ Biturigum.

Ludovicus Borbonius, Comes Sueſſionenſis, Par & magnus Magiſter Franciæ, Gubernator Delphinatus.

Principes.

Franciſcus Aurelianenſis, Com. S. Pauli, Dux Fronſac, Par Franciæ, & Gubernator provinciæ & ducatus Aurelianenſis &c.

Carolus Lotharingus, Dux Guiſæ, Par Franciæ, Gubernator Provinciæ &c.

Henricus Lotharingus, Dux Meduanæ, magnus Franciæ Camerarius, &c.

Claudius Lotharingus, Dux Chereuſe,

reuſe, Par Franciæ, Gubernator utriuſque Alverniæ.

Cæſar Vendocinus, Dux Vendocini, Beaufort, & Stampenſis, Par Franciæ, & Britanniæ Gubernator.

Carolus Valeſius, Dux Angoliſmenſis, Par Franciæ, Comes Alverniæ, &c.

Carolus Lotharingus, Dux *d'Elboeuf*, & Franciæ Par.

Duces & Pares Franciæ.

Henricus Dux Momorancii & d'Anville, Par & Ammiralius Franciæ, Gubernator Languedociæ.

Emanuel de Cruſſol, Dux d'Vzez, Par Franciæ, Princeps de Soyon, &c.

Annas de Levy, Dux Ventadour, Par Franciæ, & Vicarius Regis generalis in Languedocia.

Ioannes Ludovicus de Valetta, Dux d'Eſpernon, Par, & Tribunus generalis peditatus Gallici.

Henricus Gondius, Dux de Retz & Beaupré, Par Franciæ.

Hercules de Rohan, Dux de Montbazon, Par & magnus Franciæ Venator, &c.

Carolus d'Albert, Dux de Luynes, magnus Franciæ accipitrarius, &c.

Carolus Robertus de la Marck, Dux Bullionæus, Dominus Sedani,

ni, Famets & Raucour, &c.

Mareſcalli Franciæ, & maiores Coronæ Franciæ adminiſtri.

Rogerus de Bellegarde, Marchio de Sevre, Primus nobilium Cubiculariorum, Gubernator Burgundiæ & Seguſianorum.

Carolus Coſſæus, Comes Briſſac, Mareſcallus Franc.

Antonius de Roquelaure, Dominus dicti loci, & Mareſcallus Franciæ.

Vrbanus de Luval, Dominus Boisdauphin, Marchio de Sable, Mareſcallus Franciæ.

Ludovicus de Chaſtre, Baro de Maiſonfort, Mareſcallus Franciæ.

Egidius deSouvre, Dominus dicti loci, Mareſcallus Franciæ, & Gubernator Turonenſis provinciæ.

Pontius de Lauzieres, Dominus Themines, Mareſcallus Franciæ, Gubernator Quercetaniæ.

Carolus de Choiſeul, Dominus Praſlin, Mareſcallus Franciæ.

Ioan. Franciſcus de la Guiche, Dominus S. Geran, Mareſcallus Franciæ, Borboniæ Præfectus.

Nicolaus Hoſpitalius, Marchio Vitry, Mareſcallus Franciæ, Briæ Præfectus.

Honora-

ni, Famets & Rancous, &c.

Mareſcalli Franciæ, & maiores Coronæ Franciæ adminiſtri.

Rogerus de Bellegarde, Marchio de Sevre, Primus nobilium Cubiculariorum, Gubernator Burgundis & Seguſianorum.

Carolus Coſſæus, Comes Briſſac, Mareſcallus Franc.

Antonius de Roquelaure, Dominus dicti loci, & Mareſcallus Franciæ.

Vrbanus de Laval, Dominus Boiſdauphin, Marchio de Sable, Mareſcallus Franciæ.

Ludovicus de Chaſtre, Baro de Maiſonfort, Mareſcallus Franciæ.

Egidius de Souvre, Dominus dicti loci, Mareſcallus Franciæ, & Gubernator Turonenſis provinciæ.

Pontius de Lauzieres, Dominus Themines, Mareſcallus Franciæ, Gubernator Quercetaniæ.

Carolus de Choiſeul, Dominus Praſlin, Mareſcallus Franciæ.

Ioan. Franciſcus de la Guiche, Dominus S. Geran, Mareſcallus Franciæ, Borboniæ Præfectus.

Nicolaus Hoſpitalius, Marchio Vitry, Mareſcallus Franciæ, Briæ Præfectus.

Honor-

Honoratus d'Albert, Mareſcallus Franciæ, & Picardiæ præfectus.

Equites ſecundum ordinem quo recepti fuerunt.

V. Creatio.

Carolus Pleſſeus, Dominus de Liancourt, Marchio Montfort, &c. Baro Galardon, Præfectus Pariſiorum.

XII. Creatio.

Franciſcus de la Magdaleine, Marchio Ragny, Gubernator Nivernii.

XIII. Creatio.

Iacobus Chabotius, Marchio Mirabelli, Burgundiæ Gubernator.

Ioannes de Bueil, Comes Sanſerræ, Magnus à poculis Regis.

Antonius Aumontius, Dominus Aumontii.

Claudius de Harville, Dominus Pallaiſeau.

Euſtacius de Conflans, Vicecomes d'Auchy, Gubernator S Quintini.

Carolus de Neufville, Marchio Villeroy, Gubernator & Vicarius generalis in provincia Lugdunenſi, Forenſi, &c.

XIV. Creatio.

Renatus de Rieux, Dom. Sourdiac,

 Marchio

Marchio d'Oixant, Gubernator Breſti.

Carolus de Matignon, Comes Thorigny, Vicarius Regis Cadomi & Alenconii.

Antonius Vrſinus; Marchio Treſnel, Dominus de la Chapelle, &c.

XV. Creatio.

Ludovicus de Rohan, Com. Rochefort, Gubernator Comitatus & oppidi atque Caſtelli Nannetenſis.

Ioachimus de Bellengreville, D. de Neufville, Gubernator Meulantii, &c.

Martinus Bellayus, Princeps Ivetotii, March. Touarcey & Comequiers, &c.

Carolus de Crequy, Princeps *de Poix*, Com. de Saux, &c. Vicarius Generalis in Delphinatu.

Gilbertus Pilet, Dom. *de la Curee* & *de la Roche-turpin*, &c.

Philippus Bethunius, Baro *de Selles* & *Charault*.

Carolus Collineus, Marchio Collignii & Andelot, Vicarius generalis Regis per Campaniam.

Renatus du Bec, Dominus de Vardes, & Marchio de la Boſſe, Tiraſchiæ Præfectus.

Antonius Arnaldus de Pardaillan, Dominus Gondrin & Monteſpan, Vicarius

Marchio d'Oiſant, Gubernator Breſſ.

Carolus de Matignon, Comes Tho-rigny, Vicarius Regis Cadomi & Alen-conii.

Antonius Vrſinus, Marchio Tre-nel, Dominus de la Chapelle, &c.

XV. Creatio.

Ludovicus de Rohan, Com. Roche-fort, Gubernator Comitatus & oppidi atque Caſtelli Nannetenſis.

Ioachimus de Bellengreville, D. de Neufville, Gubernator Meulantii, &c.

Martinus Bellayus, Princeps Ive-tii, March. Touarcey & Comequiers, &c.

Carolus de Crequy, Princeps de Pois, Com. de Saus, &c. Vicarius Ge-neralis in Delphinatu.

Gilbertus Filet, Dom. de la Curee & de la [illegible], &c.

Philippus Bethunius, Baro de Sellu & Charoſt.

Carolus Collineus, Marchio Coli-gnii & Andelot, Vicarius generalis Re-gis per Campaniam.

Renatus du Bec, Dominus de Var-des, & Marchio de la Boiſſe, Triremis Præfectus.

Antonius Arnaldus de Pardaillan, Dominus Gondrin & Monteſpan, Vi-carius

carius generalis in Præfectura Guien-nenſi.

Henricus de Schomberg, Comes de Nantevil, & Lemovicum Præfectus.

Franciſcus de Baſſompierre, Colo-nellus generalis Helvetiorum.

Henricus de Bourdeilles, Vicecomes & Baro dicti loci, & Marchio d'Archiac, Petrocoriorum Præfectus.

Ioannes Baptiſta d'Ornano, Marchio de Montlor, Colonellus generalis Cor-ſorum, &c.

Timoleon d'Eſpinay, Dominus S. Lucæ, Comes Eſtelan, Gubernator Bro-vagii, &c.

Renatus Potierius, Comes de Treſ-mes, Gubern. Cabillonii in Campania.

Henricus Baufremontius, Marchio Seneceii, Vicarius generalis in Præfe-ctura Matiſconenſi, &c.

Philippus Emanuel Gondius, Comes Loignii, Triremium Galliæ Præfectus.

Carolus d'Angennes, Marchio Ram-bovillet & Piſanii.

Ludovicus Crevantius, Vicecomes Brigueil, & Marchio d'Humieres, &c.

Bertrandus de Vignolles, (*dit de la Hire,*) Baro ejuſdem loci, &c.

Antonius de Grammont, Comes de Guichen, & de Lovigner, Gubernator Bajonæ, &c.

Franciſcus Nompar de Caumont, Comes de Lozun.

Leonor de la Magdaleine, Marchio Ragny, Præfectus regius in Comitatu Charolois, &c.

Melchior Mitte de Cheurieres, Marchio S. Chaumont, primus Baro Lugdunenſis provinciæ.

Ioannes de Varinieres, Dominus Blainville.

Leo d'Albert, Dominus Brente, Gubernator Baſtiliæ.

Nicolaus de Brichanteau, Marchio de Nangis.

Carolus de Vinonne, Baro de la Chaſtaignerage & d'Amville.

Andreas de Cochefilet, Comes de Vauvieux, & Baro de Vaucelas.

Gaſpar d'Auvet, Dominus de Mareſts, Præfectus provinciæ Bellovacorum.

Lancelòtus Groignet, Dominus Vaſſé, Baro de la Roche-mabille.

Carolus de Rambures, oppidi & Caſtelli Dorlanii Præfectus.

Antonius de Buade, Dominus de Frontenac, Baro de Paluau, &c.

Ioannes de Souvré, Marchio Courtenvault, Turonum Gubernator.

Franciſcus Hoſpitalius, Dominus du Hallier, Tribunus militũ corporis regii cuſtodum.

Ludo-

Ludovicus de la Marck, Marchio Moſny.

Carolus, Marchio Vieuville, Tribunus militum Scotorum.

Ludovicus d'Alongny, Baro de Rochefort, Ballivus Biturigum, &c.

Cæſar Aug. de Bellogarde, Baro de Termes, *grand Eſcuier de France.*

Alexander de Rohan, Marchio de Marigny, frater ducis Monbazonii.

Franciſcus de Silly, Comes de la Roche-guyon, Marchio de Guiercheville, &c.

Antonius Hercules de Budos, Marchio de Portes, Gabalorum provinciæ Præfectus.

Franciſcus Comes de la Rochefoucault, Prince de Marſillac, Præfectus Pictavii.

Iacobus d'Eſtampes, Dominus de Vallanzay, &c.

XVI.

ILLVSTRIVM & NOBILIVM Galliæ familiarum, quæ ex Regio ſtemmate per lineam maſculinam aut fœmininam deſcendunt, aut connubio cum regii ſanguinis Principibus conjunctæ fuere, aut alioquin clariores habentur.

Ex commentariis Scævol. & Ludovici Sammarthanorum, & aliis.

A.

A*Cigne.* ex hac familia ſunt Comites de *Grandboys*, & Barones de *Roche-jagu.*

d'Albert, nobilis familia è Provincia originem ducens; ex qua fuit Dominus de Luynes, qui è Nobili in Ducem & Comitem Stabuli Franciæ à Rege fuit promotus, & fratres illius ad alias ſummas dignitates.

d'Albret, antiquiſſima & potentiſſima familia in Guyenna, quæ pluries cum regio Francorum ſanguine fuit conjuncta. Et quidem primo, ann. CIↃ CCC LXVIII, quo Arnoldus d'Albret duxit in uxorem Margaritam Borboniam. Secundo cum regina Navarræ Catharina Fuxenſi, quam duxit Ioan-

XVI.

ILLVSTRIVM & NOBILIVM Galliæ familiarum, quæ ex Regis ſtemate per lineam maſculinam, aut fœmininam deſcendunt, aut connubio cum regii ſanguinis Principibus conjunctæ fuere, aut alioqui clariores habentur.

Ex commentariis Scævol. & Ludovici Sammarthanorum, & aliis.

A.

A Cigné. ex hac familia ſunt Comites de Grandbois, & Barones de Roche-…

d'Albert, nobilis familia è Provincia originem ducens; ex qua fuit Dominus de Luynes, qui è Nobili in Ducem & Comitem Stabuli Franciæ à Rege fuit promotus, & fratres illius ad alias ſummas dignitates.

d'Albret, antiquiſſima & potentiſſima familia in Guyenna, quæ pluries cum regio Francorum ſanguine fuit conjuncta. Et quidem primo, anno cIↄ ccc LXVIII, quo Arnoldus d'Albret duxit in uxorem Margaritam Borboniam. Secundo cum regina Navarræ Catharina Fuxenſi, quam duxit Ioa-

Ioannes d'Albret: è qu
ricus II. R. Navarræ; e
anna; quæ nupſit Ant
illique genuit Henri
Gall. Regem.

d'Alegre, antiqua &
jam ab anno cIↄ cccc
familiæ connubio jun
hodieque ſuperſunt B
& Domini de S. Iuſt.

d'Alogny. ex hac
rones de Rochefort, &

d'Amboiſe. familia
niæ quondam connub
fuerunt Vicecomites
Comites de Benon. It
de Chaumont. Hodie
chiones de Reſnel: & I

d'Angennes, fami
de Ramboüillet, &
num. ex ea item Do
non & Barones de
Domini de Fargis
Rochepot.

Anger. ex hac fa
de Crapado, de la
Chauveliere.

d'Anglure, famili
blize; itemque Bar
mont.

Argentré. ex hac

tannia Domini de la Guiſcharderie. itemque Domini de la Boeſſerie.

Avaugour. ex hac nobiliſſima familia in Britannia Armorica hodieque ſunt Domini du Boys de la Motte.

d'Aumont, familia Comitum de Chaſteau-roux. è qua fuit Ioannes d'Aumont, Franciæ Mareſcallus. itemque Baronum de Chappés.

d'Auvet, ex hac familia eſt Dominus de Mareſts.

B.

Balſac. familia Dominorum d'Entraguez; itemque Baronum de Gié, & Comitum de Graville: itemque Domini de Montagu.

Barton. familia Vicecomitum de Monbas.

Baſſompiere. ex hac familia eſt Dominus de Baſſompiere, Franciæ Mareſcallus.

Batarnay. familia Comitum de Boucage & d'Anthon, quæ maſculis deficientibus, per filias tranſiit ad familias de Ioyeuſe, de la Chaſtre, & de la Valette.

Baufremont, familia Marchionum de Senecey.

La

…annia Domini de la Guiſchardiere iremque Domini de la Boeſſerie.

Avaugour. ex hac nobiliſſima familia in Britannia Armorica hodieque ſunt Domini du Boys de la Motte.

d'Aumont, familia Comitum de Chasteau-roux, è qua fuit Ioannes d'Aumont, Franciæ Mareſcallus, itemque Baronum de Chappes.

d'Auxi, ex hac familia eſt Dominus de Mareſu.

B.

Balſac. familia Dominorum d'Entragues; itemque Baronum de Gié, & Comitum de Graville: itemque Domini de Montagu.

Barran, familia Vicecomitum de Monbas.

Baſſompiere. ex hac familia eſt Dominus de Baſſompiere, Franciæ Mareſcallus.

Batarnay. familia Comitum de Roucage & d'Anthon, quæ maſculis deficientibus, per filias tranſiit ad familias de Ioyeuſe, de la Chaſtre, & de la Valette.

Bauffremont, familia Marchionum de Senecey.

La Baume. famil… Montrevel.

Beaumanoir. ex … Marchiones de Lavar… Beaufort, &c. item … & de Milleſſe.

Du Bec. ex hac fa… de la Boſſe, &c.

Du Bellay. antic… nobiliſſima familia; … ni de Yvetot, & Baro…

Bellegarde. ex ha… chio de Seure, &c. i… mes.

Bellengreville. ex … Domini de Neufville…

Bethune. ex hac … Sully, Marchio de R… d'Orval: & Baro de …

de Bigars. ex hac … chiones de Londe in…

Billy. ex hac fa… de Prunay.

Bourbon. Borb… nunc regia, origin… to S. Ludovici filio… mite Claromonta… boniæ. huic ſucc… primus Dux Borb… huic Ludovicus … huic Carolus I. D…

verniæ. huic Ioannes II. illi frater Petrus II. huic filia Suſanna; quæ nupſit Carolo II cognato ſuo, & ſine liberis diſcedens maritum inſtituit hæredem; qui per ſe erat Comes Monpenſeriæ, & pronepos Ioannis I. Ducis Borboniæ: hoc, Carolo in expugnatione urbis Romæ ſine hærede maſculo occiſo, Ducatus Borboniæ Coronæ Francicæ fuit reunitus. Ex eadem familia ſunt Duces Vindocini, hoc ordine: Ludovicus I. Dux Borboniæ; hujus filius ſecundogenitus fuit Iacobus de Bourbon, Comes de la Marche & de *Ponthieu*; huic ſucceſſit filius Ioannes Comes de la Marche & Vendoſme; huic Ludovicus filius; huic filius Ioannes; huic filius Franciſcus Comes Vindocinus & S. Pauli; huic fil. Carolus primus Dux Vindocinus; huic fil. Antonius; qui duxit in uxorem Reginam Navarræ;& genuit Henricum IV Regem Franc. & Navarræ. Ex eadem & Principes Condæi, hoc ordine: Antonii, Regis Navarræ per uxorem, frater fuit Ludovicus de Bourbon Princeps Condæus; huic ſucceſſit fil. Henricus; huic itidem filius Henricus II. ab his quoque Comites Sueſſionenſes derivantur. Ex eadem & familia de Montpenſier, hoc ordine: Ioannes Vindocinus genuit

Fran-

vernię. huic Ioannes II. illi frater
trus II. huic filia Suſanna: quæ n
Carolo II cognato ſuo, & ſine libe
diſcedens maritum inſtituit hære
qui per ſe erat Comes Montpenſier
pronepos Ioannis I. Ducis Borbon
hoc, Carolo in expugnatione urbis Ro
mæ ſine hærede maſculo occiſo, Du
catus Borboniæ Coronæ Franciæ
reunitus. Ex eadem familia ſunt D
ces Vindocini, hoc ordine: Ludovicu
I. Dux Borboniæ; hujus filius ſecund
genitus fuit Iacobus de Bourbon, Co
mes de la Marche & de Pontiieu; hu
ſucceſſit filius Ioannes Comes de la
Marche & Vendoſme: huic Ludovicus
filius; huic filius Ioannes; huic filius
Franciſcus Comes Vindocinus & S.
Pauli: huic fil. Carolus primus Dux
Vindocinus; huic fil. Antonius; qui
duxit in uxorem Reginam Navarræ &
genuit Henricum IV Regem Franc
Navarræ. Ex eadem & Principes Co
dæi, hoc ordine: Antonii, Regis Na
varræ per uxorem, frater fuit Ludovi
cus de Bourbon Princeps Condæus;
huic ſucceſſit fil. Henricus, huic itidem
filius Henricus II. ab his quoque Co
mites Sueſſionenſes derivantur. Ex ea
dem & familia de Montpenſier, hoc
ordine: Ioannes Vindocinus genui
Fran-

Franciſcum, de quo ſupra, & Ludovicum Principem de la Roche Surion; huic ſucceſſit fil. Ludovicus Dux Montpenſier; huic filius Franciſcus; huic filius Henricus; qui unicam filiam reliquit: quæ nupſit Duci Aurelianenſi, & unica relicta filia deceſſit.

Bourdeilles. ex hac familia eſt Vicecomes Bourdeilles, Marchio d'Archiac.

De Bretaigne. ex hac familia ſunt Comites de Vertus; Barones d'Avaugour, & Vicecomites de Guignen.

Brichanteau. ex hac familia ſunt Marchiones de Nangis.

De Broon. ex hac familia ſunt Domini de Fourneaux & d'Aligné. itemque Domini de Coſleville.

Brulart. ex hac familia fuit D. de Sillery, Cancellarius Franciæ. quæ originem repetit à Baronibus de Gez & d'Agnez.

Brullon. ex hac nobili in Britannia familia eſt hodie Baro de la Muſſe.

De Budes. ex hac familia eſt Marchio de Portes.

Bucil. ex hac familia ſunt Comites Sancerrani, & Comites de Marans.

C.

Caſtelnau. ex hac familia ſunt Marchiones de Seſſac, &c. item Domini de

de Mauviſſiere; Barones de Ionville.

Chabanes. ex hac familia ſunt Marchiones de Curton, & Comites *de Rochefort*; itemque Comites *de Saignes.* item Domini *du Verger*, & *de S. Colombe.*

Chabot. Chabotiorum familiam plurimum illuſtravit Philippus Chabotius Ammiralius Franciæ. ex illa ſunt Marchiones *de Mirebeau*, & Marchiones *de Lugny.*

Chambes. ex hac familia ſunt Comites *de Montſoreau.*

Champaigne. ex hac familia ſunt Comites *de la Suſe*, Marchiones *de Villaines.*

Chaſtaigner. ex hac familia ſunt Domini *de la Roche-pozay.* item Domini *de S. Georges, de Rexe*, & *de Touffou.*

Chaſtre. Ex hac familia ſunt Comites de Nançay & du Bouchage. Ex hac familia uxorem duxit Iacobus Auguſtus Thuanus; cujus primogenitus eſt Franciſcus Auguſtus Thuanus, Baro *de Meſlay*. itemque Baro de Maiſon-fort.

Choiſeul. ex hac familia fuit Dominus *de Praſlin*, Mareſcallus Franciæ.

Clermont d'Amboiſe. ex hac familia ſunt Marchiones *de Renel.* & Domini de *S. Georges.* itemque Marchio de Galerande.

Cler-

de Mauviſſiere; Barones de Ioan...

Chabanes. ex hac familia ſunt Mar-chiones de Curton, & Comites de Ro-*chefort*. itemque Comites *de Saig-* item Domini *du Verger*, & *de S. La-mie.*

Chabot. Chabotiorum familiam plurimum illuſtravit Philippus Chabotius Ammiralius Franciæ. ex illa ſunt Marchiones *de Mirebeau*, & Marchiones *de Lugny.*

Chambes. ex hac familia ſunt Comites *de Monſoreau.*

Champaigne. ex hac familia ſunt Comites *de la Suſe*, Marchiones *de Villaines.*

Chaſteigner. ex hac familia ſunt Domini *de la Roche-poſay.* item Domini *de S. Georges, de Rexe*, & de Touffou.

Chaſtre. Ex hac familia ſunt Comites de Nançay & du Bouchage. Ex hac familia uxorem duxit Iacobus Auguſtus Thuanus; cujus primogenitus eſt Franciſcus Auguſtus Thuanus, Baro de *Meſlay*. itemque Baro de *Maiſon-fort.*

Choiſeul. ex hac familia fuit Dominus *de Praſlin*, Mareſcallus Franciæ.

Clermont d'Amboiſe. ex hac familia ſunt Marchiones *de Renel.* & Domini *de S. Georges.* itemque Marchio de Galerande.

Cler.

Clermont Tallard. ex hac familia ſunt Domini *de Hauterive:* item *de Sugeres.* itemque Barones *de Dampierre en Aunis.*

Cleves. Clivenſis familia. Cum Regia Franciæ familia conjuncta fuit per Mariam filiam primogenitam Philippi Auguſti R. Franc. Ex ea deſcendunt in Gallia Duces Nivernii; qui Ducatus per connubium Henricæ Clivenſis cum Frederico Gonzaga ad aliam familiam tranſiit.

Cochefilet. ex hac familia eſt Comes de Vauvieux; Baro de Vaucelas.

Colligny. hanc familiam maxime illuſtrarunt Gaſpar Dominus de Chaſtillon & d'Andelot, Franciæ Mareſcallus; & Gaſpar II, illius filius, Ammiralius Franciæ. Ex hac familia hodieque ſunt Comites *de Colligny*, Marchiones *d'Andelot*, Domini de *Chaſtillon.*

De Conflans. ex hac familia ſunt Vicecomites *d'Auchy.*

Coſſe. ex hac familia ſunt Comites *de Briſſac*, hodie Duces, & Marchiones *d'Aſſigny.*

Crequy. Ex hac familia eſt Carolus, Princeps de Poix & Dux d'Eſdiguieres, &c. qui duxit unicam filiam Franciſci de Bonne Coneſtabilis Franciæ.

Item

Item Domini de Canaples & Crequy.

Crevant. ex hac familia ſunt Marchiones de Humieres ; Vicecomites de Brigueil.

Cruſſol. ex hac familia ſunt Duces *d'Vzés*, Comites *de Cruſſol*, Barones *de Levis & Florenſac*, &c. Marchiones *de S. Suplice.*

D.

Daillon. ex hac familia ſunt Comites *de Lude* & *de Pontgibaud*, & Marchiones *d'Illiers.*

E.

Eſcars. ex hac familia ſunt Domini d'Eſcars.

Eſcoubleau. ex hac familia ſunt Marchiones *d'Alluye*, & Comites *de la Chapelle ; Bellovin.* Domini de Iouy, Magny, Launay, &c.

Eſpinay. ex hac familia ſunt Barones *de Mollay*, Domini *de Broon* & *de Beaumont.* Itemque Domini *de S. Luc.*

d'Eſtampes. ex hac familia eſt Dominus de Vallanzay.

Eſtouteville. ex hac familia per fœminam deſcendunt Comites *de Creance*, & Barones *de Mirepoix*, &c.

d'Eſtrees. familia nobilis ; è qua eſt Marchio de Cœuvres, Franciæ Mareſcallus.

Item Domini de Canaples & Crequ

Crequi. ex hac familia ſunt Mar-chiones de Humieres; Vicecomites de Briqueil.

Croyſil. ex hac familia ſunt Duces d'Vzes, Comites de Croyſil, Barones de Leva & Floren ſac, & Marchiones de S. Supliſe.

D.

Davilon. ex hac familia ſunt Comi-tes de Luſe & de Ponigitaud, & Mar-chiones d'Illiers.

E.

Eſcars. ex hac familia ſunt Domini d'Eſcars.

Eſcoubleau. ex hac familia ſunt Mar-chiones d'Alluye & Comites de la Cha-pelle, Bellevan. Domini de Iouy, Ma-guy, Launay, &c.

Eſpinay. ex hac familia ſunt Baro-nes de Molay, Domini de Breau & la Beaumont. Itemque Domini de la Lac.

d'Eſtampes. ex hac familia eſt Do-minus de Vallanzay.

Eſtoutevile. ex hac familia per fœ-minam deſcendunt Comites de Crean-ce, & Barones de Mirepaux, &c.

d'Eſtrees. familia nobilis; è qua eſt Marchio de Cœuvres, Franciæ Mare-ſcallus.

F. Fayette

F.

Fayette. Ex hac familia ſunt Domi-ni de *Saint Romain.*

Fay. ex hac familia ſunt Barones *de Sanſac:* item Domini *de Gerlande.*

Foix, Fuxenſis familia nobiliſſima, maribus extinctis per connubia tranſ-iit ad Comites *de Gurſon* , & Comites *de Candale & Benauges.* Itemque ad Monluciorum familiam.

G.

*Gaillard.*ex hac familia ſunt Domi-ni *Long-jumeau.*

*Gamaches.*ex hac familia ſunt Vice-comites *de Remond* Domini *de Iuſſy,de Quinquempoix* & *de Chaſteaumeillan.*

Gillier. ex hac familia ſunt Barones *de Puy-garreau.*

Glandever. ex hac familia ſunt Ba-rones de Cuies.

*Gondy.*eſt familia ex Italia originem repetens,nunc in Gallia Illuſtris.Ex hac ſunt duces *de Raiz* & de *Beaupreau.* item Comites de *Belle-Iſle*, &c. item-que Comites de *Ioigny.*

*Gouffier.*ex hac familia cum Momo-rantiis per connubium juncta ſunt Duces *de Rovanois ;* Comites de *Mau-levrier;*Marchiones *de Boiſy.* Marchio-nes *de Bonivet.* Domini *de Eſpagny.*

Goulaine. ex hac familia ſunt hodie

in

in Britannia Armorica Marchiones de Goulaine.

Grammont. ex hac familia eſt Comes de Guichen & de Lovigner.

De la Grange. ex hac familia eſt Dominus *de Montigny.*

Groignet. ex hac familia eſt Baro de la Rochemabille.

Gueſclin, nobiliſſima familia in Britannia Armorica. ex hac hodieque ſunt Domini de la Roberie.

De la Guiche. ex hac familia eſt Dominus de S. Geran, M. E.

H.

Hacqueville. ex hac familia ſunt Domini de Oſambray.

d'Halvin. Ex hac familia ſunt Domini *d'Ovailly.* Item Domini *de Lully*; & *de Fontaines.*

Harlay. ex hac familia ſunt Domini *de Chanvallon* & *de Ceſy.*

Harville. ex hac familia ſunt Domini de *Pallaiſeau.*

Hautemer. ex hac familia eſt Dominus de *Fervaques*, Comes *de Grancey*, &c.

Hay. ex hac familia ſunt in Britannia Domini de Netumieres.

Hoſpital. ex hac familia ſunt Marchiones *de Choiſy* : Barones *de Montigny* : Marchiones *de Vitry.*

Hu-

in Britannia Armorica Marchiones de Goulaine.

Grammont. ex hac familia eſt Comes de Guichen & de Lovigner.

De la Grange. ex hac familia eſt Dominus *de Montigny.*

Grugnet. ex hac familia eſt Baro de la Rochemabille.

Gueſclin, nobiliſſima familia in Britannia Armorica. ex hac hodieque ſunt Domini de la Roberie.

De la Guiche. ex hac familia eſt Dominus de S. Geran, M. E.

H.

Harpeville. ex hac familia ſunt Domini de Olimbray.

d'Harcourt. Ex hac familia ſunt Domini *d'Orouſy.* Item Domini *de Luſly:* & *de Fontaines.*

Harlay. ex hac familia ſunt Domini *de Chanvallon* & de Ceſy.

Harville. ex hac familia ſunt Domini de Pallaiſeau.

Hautemer. ex hac familia eſt Dominus *de Fervaques*, *Comes de Grancey*, &c.

Hay. ex hac familia ſunt in Britannia Domini de Netumieres.

Hoſpital. ex hac familia ſunt Marchiones *de Choiſy* : *Barones de Alemigny* : *Marchiones de Vitry.*

Hu-

Huraut. ex hac familia ſunt Comites de Chiverny. & Philippus Huraut, qui fuit Cancellarius Franciæ.

I.

Ioyeuſe. ex hac familia fuere duces *de Ioyeuſe* : *Comites de Bouchage* , &c. Domini de *S. Didier* : Domini de *S. Saveur.*

L.

Laval. ex hac familia ſunt Marchiones *de Neſle* : item Barones *de Lezay:* Marchiones *de Treves* : Domini de *la Faigne:* Dominus *de Boiſdauphin,* Comes *de Brezleau* : Marchio *de Sable,* &c.

De Lauzieres. Ex hac familia eſt Dominus *Themines*, Mareſcallus Franciæ.

Levis. ex hac familia ſunt Duces de *Ventadour:* Comites de *Brion* : Comites de *Charlus*, Vicecomites de *Lugny.*

Longeval, familia Dominorum de Haraucourt.

Lotharingica familia cum regia Franciæ familia conjuncta fuit olim per Mariam Blæſenſem primogenitã Guidonis de Chaſtillon Comitis Blæſenſis & Margaritæ Valeſiæ ſororis Philippi Valeſii Francorum Regis. Ex Ducum autem Lotharingiæ familia potentiſſimę Lotharingorum familiæ in Francia

 deſcen-

deſcendunt. I. Ducum Mercurianorum; quorum maſcula proſapia defecit in Philippo Emanuele; cujus unica filia & hæres nupſit Cæſari Vindicino, &c. II. Duces Guiſæ, hoc ordine: Claudius minor natu filius Renati II. Ducis Lotharingiæ, primus Guiſæ Dux; huic ſucceſſit filius Franciſcus, qui in obſidione Aurelianenſi cæſus fuit: huic filius Carolus; huic filius Franciſcus II. III. Duces Meduanæ, hoc ordine: Carolus ſecundogenitus Franciſci I. Ducis Guiſæ: cui ſucceſſit filius Henricus; qui occiſus fuit in obſidione Montalbanenſi. IV. Duces Aumalii, *hoc Ordine*; Claudius tertiogenitus Claudii I Ducis *Guiſæ*: huic ſucceſſit filius Carolus; cujus filia Anna nupſit Henrico Sabaudo Nemoroſii duci. V. Duces Ellebovii, hoc ordine: Renatus ſeptimus fil. Claudii Ducis Guiſæ; huic ſucceſſit fil. Carolus; huic fil. Carolus ſecundus; qui duxit uxorem Henriettam filiam naturalem Henrici IV Galliarum Regis.

Luxemburgica familia toto orbe Illuſtriſſima; ex eadem hodie in Gallia originem repetunt Duces Pinei & Pares Franciæ.

De Luzi nan. ex hac familia ſunt Domini de Lanſac, & Marchiones de Balon.

M. *De*

deſcendunt. I. Ducum Mercurii
rum, quorum maſcula proſapia de-
ciit in Philippo Emanuele; cujus uni-
filia & hæres nupſit Cæſari Vendo-
&c. II. Duces Guiſæ, hoc ordine Cla-
dius minor natu filius Renati II Ducis
Lotharingiæ, primus Guiſæ Dux: huic
ſucceſſit filius Franciſcus, qui in obſi-
dione Aurelianenſi occiſus fuit. huic
lius Carolus. huic filius Franciſcus II.
III. Duces Meduanæ, hoc ordine: Ca-
rolus ſecundogenitus Franciſci I. D-
cis Guiſæ: cui ſucceſſit filius Henricus
qui occiſus fuit in obſidione Mont-
banenſi. IV. Duces Aumalii, hoc Or-
dine. Claudius tertiogenitus Claudii
I Ducis Guiſæ: huic ſucceſſit filius Ca-
rolus: cujus filia Anna nupſit Henrico
Sabaudo Nemoroſii duci. V. Duce
Elbovii, hoc ordine: Renatus ſepti-
mus fil. Claudii Ducis Guiſæ; huic ſu-
ceſſit fil. Carolus: huic fil. Carolus ſe-
cundus; qui duxit uxorem Henriettam
filiam naturalem Henrici IV Galli-
rum Regis.

Luxemburgica familia toto orbe il-
luſtriſſima: ex eadem hodie in Gallia
originem repetunt Duces Pinei & Pa-
res Franciæ.

De Luximan. ex hac familia ſunt
Domini de Lanſac, & Marchiones de
Balon.

M. De

M.

De la Magdeleine. ex hac familia eſt Marchio Ragny.

Maillé. ex hac familia ſunt Marchiones de Brezé; & de Milly.

De la Marck, nobiliſſima familia Ducum Bullionii & Dominorum Sedani, &c. Sed quæ maſculis extinctis per connubium Carlottæ de laMarck ducatum illum intulit in familiã Turrianorum. Ex hac familia ſunt quoque Comites de Maulevrier, & Marchiones de Mauny ſive Moſny.

Marzeliere. ex hac familia ſunt hodie in Britannia Marchiones de laMarzeliere.

Matignon. ex hac familia eſt Comes de Thorigny.

S. Maure. ex hac familia ſunt Domini de Neſle.

Mitte de Cheurieres, familia Marchionum S. Chaumont qui primi Barones provinciæ Lugdunenſis.

De Monchy. ex hac familia ſunt Domini de *Moncaurel.* itemque Domini de *Hocquincourt.*

Monluc, familia rebus geſtis clara, ſed dubito an ulli mares ex illa ſuperſint.

Montmorencii, Montmorantiorum familia antiquiſſima & nobiliſſima; quorum progenitores primi Barones

Franciæ fuerunt dicti. Ex illa ſunt: I. Duces de Montmorancy, qui exordium duxerunt ab Anna Monmorancio Comite Stabuli Franciæ. II. Marchiones de Thury. III. Comites de Luſſe & Domini de Bouleville.

De Mornay, agnomen nobiliſſimi viri, Domini du Pleſſis, Marly, Baronis de la Foreſt ſur Seure.

N.

Neufville. ex hac familia eſt Marchio de Villeroy.

Nompar de Caumont ex hac familia ſunt Marchiones de la Force. item Comites de Lozun.

Nogaretius. familia, quæ ſplendorem ſuum repetit (ut teſtatur Thuanus lib. LXXIV *Hiſtor.*) à Guilielmo Nogaretio; qui Philippi Pulchri temporibus, pro libertate regni Galliæ, inſigni facinore Bonifacium Octavum Pontificem Romanum, Franciæ Regnum Pontificiæ majeſtatis beneficiarium aſſerentem, Anagniæ ope Sarræ Columnæ oppreſſit, circa annum Dom. CIↃCCC III. Ex hac eſt Dux Eſpernonius. Vide *Valeta*.

O.

d'Orleans. Aurelianenſium Illuſtris in Gallia familia originem ducit à Ioanne filio naturali Ludovici Ducis Aurelia-

Franciæ fuerunt dicti. Ex illa fa-
I. Duces de Montmorancy, qui exor-
dium duxerunt ab Anna Montmoran-
cio Comite Stabuli Franciæ. II. Mar-
chiones de Thury. III. Comites de Lu-
ſe & Domini de Boulevile.

De Mornay, agnomen nobiliſſimi
viri, Domini du Pleſſis, Marly, Baronis
de la Foreſt ſur Seure.

N.

Neufville. ex hac familia eſt Marchio
de Villeroy.

Nompar de Caumont ex hac familia
ſunt Marchiones de la Force. item Co-
mites de Lozun.

Nogaretæ. familia, quæ ſplendorem
ſuum repetit (ut teſtatur Thuanus lib.
xxiv Hiſtor.) à Gulielmo Nogare-
tio; qui Philippi Pulchri temporibus,
pro libertate regni Galliæ, inſigni fa-
cinore Bonifacium Octavum Ponti-
ficem Romanum, Franciæ Regnum
Pontificiæ majeſtatis beneficiarium aſ-
ſerentem, Anagniæ ope Sarræ Colum-
næ oppreſſit, circa annum Dom. cıɔ
ccc iii. Ex hac eſt Dux Epernonius.
Vide Valeta.

O.

d'Orleans. Aurelianenſium Illuſtris
in Gallia familia originem ducit à Io-
anne filio naturali Ludovici Ducis Au-
relia-

relianenſis. Hoc Ioanne natus fuit Franciſcus Comes Dunenſis & Longavillanus: huic ſucceſſit Franciſcus fil. primus Dux Longævillæ: illi frater Ludovicus I Dux Longævillæ; qui duxit in uxorem Ioannam de Hoghbergh, filiam & hæredem PhilippiMarchionis de Hoghbergh, Comitis Novi Caſtelli in Helvetia,Domini Rotelin, &c. è familia Badenſi in Germania; & per illã plurima Dominia acquiſivit. Ex his natus Claudius Aurelianenſis, Dux Longævillæ, & Comes Dunenſis & Novi-Caſtelli, &c. Et Ludovicus II. DuxLongævillæ. Itemque Franciſcus Marchio de Rotelin. Claudius cœlebs obiit;& ſucceſſit frater Ludovicus. huic filius Franciſcus; qui adoleſcens ſine liberis obiit anno 1551. huic cognatus è Franciſco Marchione Rotelin, Leonor Aurelianenſis, Dux Longævillæ & Eſtouteville,Marchio Rotelin, Comes Dunenſis, Neufchaſtel, Tancarville & Mongommery,&c. huic ſucceſſit Henricus I Aurelianenſis,Dux Longævillæ; qui obiit anno 1595; & ſucceſſit filius Henricus II. qui anno 1617 duxit in uxorem Ludovicam Borboniam primogenitam Comitis Suesſionenſis. Ex eadem familia deſcenderunt Comites S. Pauli, Duces Fronſac, &c. quorum

hæredes maſculi defecerunt in Helionoro Aurelianenſi, Duce Fronſac, &c. qui anno 1622 periit in obſidione Montiſpeſſulani. Ex eadem per lineam notham deſcendit Marchio Rotelin, Baro de Varanguebec, & Baro de Neaufle.

P.

Pardaillan. ex hac familia eſt Dominus Gondriny & Monteſpany.

Pilet. ex hac familia eſt Dominus de la Curee & de la Roche-turpin.

Pleſsis Richelieu. ex hac familia ſunt Domini de Richelieu & du Chillou. Et Armandus Cardinalis de Richelieu.

Pleſsis. ex hac familia eſt Dominus de Liancourt, Marchio Monfort, &c.

Potier. ex Potieriorum familia eſt Comes de Treſmes.

Pontallier, familia Dominorum de Flaigay.

Pouſſard. ex hac familia ſunt Barones du Vigean, & Domini de Fors.

De Prie. Ex hac familia ſunt Domini de Prie: Marchiones de Toucy, & Barones de Montpopon.

R.

De Rieux. ex hac familia ſunt Marchiones de Acerac: & Comites de Largovet. Item Domini de Sourdeac, & Marchiones d'Oixant.

Rochechouart. ex hac familia ſunt

Vice-

hæredes maſculi defecerunt in Henrico Aurelianenſi, Duce Fronſac, qui anno 1622 periit in obſidione Monſpeſſulani. Ex eadem per lineam [illegible] deſcendit Marchio Roxelin, Baro de Varanguebec, & Baro de Neaufle.

P.

Pardaillan. ex hac familia eſt Dominus Gondriny & Monteſpany.

Pileſ. ex hac familia eſt Dominus de la Curee & de la Roche-turpin.

Pleſſis Richelieu. ex hac familia ſunt Domini de Richelieu & du Chillou. Et Armandus Cardinalis de Richelieu.

Pleſſis. ex hac familia eſt Dominus de Liancourt, Marchio Monfort, &c.

Potier. ex Potierorum familia eſt Comes de Treſmes.

Pontallier, familia Dominorum de Flaigey.

Pouſſard. ex hac familia ſunt Barones du Vigean, & Domini de Fors.

De Prie. Ex hac familia ſunt Domini de Prie: Marchiones de Toucy, & Barones de Montpopon.

R.

De Rieux. ex hac familia ſunt Marchiones de Acerac & Comites de Largovet. Item Domini de Sourdeac, & Marchiones d'Oixant.

Rochechouart. ex hac familia ſunt Vice-

Vicecomites de Rochechouart.

Rochefoucaud, nobiliſſima familia. è qua ſunt 1. Principes de Marcillac, & Comites de la Rochefoucaud. 2. Barones de Langeac. 3. Domini de Chaumõt. 4. Barones d'Arlet. 5. Barones de Montendre & Montguyon. 6. Domini de Salles.

Rohan. Rohana familia deſcendit ex Navarrea ſeu Labretana, hoc ordine: Ioanna Philippi III Reg. Navar. & Comitis Ebroicenſis è Ioanna Francica filia ultima, nupſit Ioanni II Vicecomiti de Rohan. ex iis natus Carolus Dominus de Guemené, &c. huic ſucceſſit filius Ludovicus I. huic Ludovicus II. huic Ludovicus III. & huic itidem IV. V. & VI. Ludovico autem huic VI plures liberi fuerunt: 1. Petrus de Rohan, Princeps de Guemené, Comes de Montauban, &c. qui filiam reliquit Annam; quæ nupſit cognato ſuo Ludovico de Rohan, Comiti de Rochefort. 2. Hercules de Rohan, Dux de Monbaſon, & Comes de Rochefort. cujus filius duxit in uxorem Annam, de qua diximus. Ex eadem familia eſt Dominus de Gie & du Verger in Andibus. Ex eadem deſcendunt duces de Rohan, hoc ordine: Petrus de Rohan, Dominus de Frontenay, minimus natu filius Petri de Rohan Domini de

Cc 4 Gie,

Gié, &c. Duxit in uxorem Annam Vi. cecomitiſſam de Rohan, filiam primogenitam Ioannis III Vicecomiti: de Rohan. Ex his natus Renatus Vicecomes de Rohan, Princeps de Leon,& Comes de Porhoët. qui duxit in uxorem Iſabellam d'Albret, filiam Ioannis d'Albret & Catharinæ Fuxenſis Regis Navarræ. ex hoc connubio natus Renatus II Vicecomes de Rohan,&c. qui duxit in uxorem Catharinam de Partenay, Dominam de Sonbiſe. ex his natus Henricus primus Dux de Rohan, Par Franciæ, Princeps Leon,Comes de Porhoët, (qui duxit in uxorem Margaritam Bethuniam, filiam majorem natu ducis Sully, &c.) & Benjamin de Rohan, Dominus Soubize.

Roncherolles. ex hac familia eſt Baro du Pont S. Pierre.

Rouville. ex hac familia ſunt Dom. de Rouville &Chaurgny,Com.deClinchamp.

S.

De Saulx. nobilis familia; ex qua ſunt Comites de Tavanes, & Barones d'Arc-ſur-Til.

Savoye. Sabaudica familia.Cum Regia Franciæ conjuncta fuit per Bonam tertiogenitam, filiam Petri I Ducis Borbonii. E quo matrimonio in Francia deſcendit Ducum Nemoroſii familia

Gié, &c. Duxit in uxorem Annam Vi-cecomitiſſam de Rohan, filiam primo-genitam Ioannis III Vicecomitis de Rohan. Ex his natus Renatus I Vi-comes de Rohan, Princeps de Leon & Comes de Porhoët. qui duxit in uxo-rem Iſabellam d'Albret, filiam Ioannis d'Albret & Catharinæ Fuxenſis Regis Navarræ. ex hoc connubio natus Re-natus II Vicecomes de Rohan, &c. qui duxit in uxorem Catharinam de Par-tenay, Dominam de Soubiſe ex his na-tus Henricus primus Dux de Rohan, Par Franciæ, Princeps Leon, Comes de Porhoët, (qui duxit in uxorem Marga-ritam Bethuniam, filiam majorem na-tu ducis Sully, &c.) & Benjamin de Rohan, Dominus Soubize.

Roncherolles. ex hac familia eſt Baro de Pont S. Pierre.

Rouville. ex hac familia ſunt Dom. de Rouville & Chaurgoy, Com. de Clin-champ.

S.

De Saulx. nobilis familia: ex qua ſunt Comites de Tavanes, & Barones d'Arc-ſur-Til.

Savoye. Sabaudica familia. Cum Re-gia Franciæ conjuncta fuit per Io-annam tertiogenitam, filiam Petri I Ducis Borbonii. E quo matrimonio in Francia deſcendit Ducum Nemoroſii familia

familia, hoc ordine: Philippus tertio-genitus filius Philippi Ducis Sabau-diæ duxit in uxorem Carlottam Au-relianenſem, filiam Ludovici Ducis Longevillani. quibus natus Iacobus Sabaudus Dux Nemoroſii. qui duxit in uxorem Annam Ateſtinam, filiam Herculis II Ducis Ferrariæ. cui ſucceſ-ſit filius Henricus. qui duxit in uxo-rem Annam Lotharingam, filiã Caroli Ducis Aumalii. Ex eadem per lineam naturalem deſcendunt Comites de Villars & Tende.

Sepeaux. ex hac familia fuerunt Du-ces de Beaupreau, & Comites de Che-millé; quorum poſtremus Guido reli-quit filiam Ioannam; quæ nupſit Hen-rico Gondio Duci de Raiz.

De Silly. ex hac familia ſunt 1. Dux de la Roche-Guyon. 2. Comes de la Roche-pot, Baro de Montmirail.

Souvré. ex hac familia ſunt Mar-chiones de Courtenvau.

T.

La Tour, antiquiſſima familia. ex hac ſunt hodie Dux Bouillioneus, Princeps Sedani & Raucourt, Comes de Montfort, Vicecomes Turenniæ, &c. item Barones de Limueil.

De la Tour-Landry, familiæ nomen. è qua ſunt Comites de Chaſteau-roux,

connubio juncti cum familia de Rohan.

Tournemine, quondam Barones de la Hunaudaye; & poſtea Domini de la Guerche en Rays, &c. & anno 1572 Barones rurſus de Hunaudaye, ſed linea maſculina horum Baronum defecit anno 1609 in Renato Tournemine. Ex eadem familia ſunt Barones de Camrillon.

Tournon. ex hac familia ſunt Domini de Tournon, Comites de Rouſſillon.

La Tremouille, Tremolliorum familia conjuncta fuit connubio cum Borbonia familia per Mariam Dominam de Sully & Craon, quæ erat filia Ludovici de Sully, filii Ioannis de Sully & Margaritæ Borboniæ filiæ Ludovici primi Ducis Borbonii. Maria autem illa nupſit Guidoni de la Trimouille: è quibus natus Georgius: huic ſucceſſit Ludovicus I: huic Ludovicus II: qui duxit in uxorem Gabrielidem Borboniam, filiam Ludovici Comitis de Montpenſier; è qua ipſi natus filius Carolus; quo una cum patre cæſo in prœlio Marignano, ſucceſſit nepos Franciſcus; qui duxit in uxorem Annam de Laval; quibus ſucceſſit filius Ludovicus III, primus Dux de Thouars;

connubio juncti cum familia de Rohan.

Tournemine, quondam Barones de la Hunaudaye & poſtea Domini de la Guerche en Rays, &c. & anno 1[illegible] Barones rurſus de Hunaudaye. [illegible] nea maſculina horum Baronum defecit anno 1609 in Renato Tournemine. Ex eadem familia ſunt Barones de Camzillon.

Tournon. ex hac familia ſunt Domini de Tournon, Comites de Rouſſillon.

La Tremoille, Tremolliorum familia conjuncta fuit connubio cum Borbonia familia per Mariam Dominam de Sully & Craon, quæ erat filia Ludovici de Sully, filii Ioannis de Sully & Margaritæ Borboniæ filiæ Ludovici primi Ducis Borbonii. Maria autem illa nupſit Guidoni de la Trimouille: è quibus natus Georgius: huic ſucceſſit Ludovicus I: huic Ludovicus II: qui duxit in uxorem Gabrielidem Borboniam, filiam Ludovici Comitis de Montpenſier; è qua ipſi natus filius Carolus: quo una cum patre cæſo in prœlio Marignano, ſucceſſit nepos Franciſcus: qui duxit in uxorem Annam de Laval: quibus ſucceſſit filius Ludovicus III, primus Dux de Thouarſi

ars; qui duxit in uxorem Ioannam Momorantiam, filiam Annæ Comitis Stabuli Franciæ; huic ſucceſſit filius Claudius: qui duxit in uxorem Carlottam de Naſſau, Principis Arauſionenſis filiam; huic ſucceſſit filius Henricus; qui duxit in uxorem Mariam Turriam, filiam Henrici Ducis Bullionii. Ex eadem familia ſunt: 1. Marchio de Royan, Comes d'Olonne, &c. 2. Marchio de Novvmonſtier, Vicecomes de Tours, &c.

Turpin. ex hac familia ſunt Comites de Criſſé & de Vihers, Barones de Montoiron & Mont-reveau, Domini de la Grezille.

V.

La Valette, de qua familia diximus ſupra in *Nogaret*. ex hac familia eſt, Dux d'Eſpernon, Par Franciæ. Comes de Candale & d'Eſtrac, Prince de Buch.

Valois, Valeſia familia regia. Linea illius maſculina defecit in Henrico tertio. Sed nomen refert filius naturalis Caroli IX Francorum Regis Carolus Valeſius, Dux Encoliſmæ, Comes Arverniæ & Ponthivii, &c. Qui duxit in uxorem Carlottam Momorantiam, & dotis nomine accepit Comitatum d'Alais in Languedocia. Ex illo connubio nati, Henricus Valeſius, Comes de

Laura-

Lauraguais: Ludovicus Valeſius, Comes d'Alais.

Varinieres. ex hac familia ſunt Domini de Blainville.

Le Veneur. ex hac familia ſunt Comites de Fillieres.

Vienne. ex hac familia fuerunt Dominus de Ruffey; item Baro & poſtea Comes de Commarrein.

Vieupont. ex hac familia ſunt Barones de Vieupont, & Domini d'Auzonville.

Vignolles. ex hac familia ſunt Barones de Vignolles.

Vivonne. ex hac familia ſunt Barones de la Chaſtaigneraye.

De Voluire. ex hac familia ſunt Marchiones de Ruffec.

d Vrfé. ex hac familia fuerunt Marchiones d'Vrfé, & Comites du Pont de Veſle. itemque Comes de Chaſteauneuf.

Des Vrſins, nobiliſſima familia ex Italia originem repetens. ex qua hodie in Francia Dominus de la Chapelle, Marchio de Treſnel.

Lauraguais: Ludovicus Valeſius, Comes d'Alais.

V[illegible]. ex hac familia ſunt Domini de Blainville.

Le Veneur. ex hac familia ſunt Comites de Fillieres.

Vienne. ex hac familia fuerunt Dominus de Ruffey: item Baro & poſtea Comes de Commarcein.

Vieupont. ex hac familia ſunt Barones de Vieupont, & Domini d'Auzonville.

Vignolles ex hac familia ſunt Barones de Vignoiles.

Vivonne. ex hac familia ſunt Barones de la Chaſtaigneraye.

De Vivonne. ex hac familia ſunt Marchiones de Ruffec.

d'Vrfé. ex hac familia fuerunt Marchiones d'Vrfé, & Comites du Pont de Veſle. itemque Comes de Chaſteauneuf.

Des Vrſins, nobiliſſima familia ex Italia originem repetens. ex qua hodie in Francia Dominus de la Chapelle, Marchio de Treſnel.

XVII. DE

XVII.

DE PRÆSVLIBVS GALLIÆ. Ex Ioſephi Scaligeri Notitia Galliæ, & aliis.

SVb Pariſienſi Parlamento ſunt Diœceſes XXX: & in his Archiepiſcopatus V, Epiſcopatus XXV.

Metropoles ſive Archiepiſcopatus V.

I. Remenſis. Dux & primus Par Franciæ. Secunda Belgica olim Durocortorum Remorum. Vulgo *Reims*.

II. Senonenſis. Agendicum Senonum. quarta Lugdunenſis. vulgo *Sens*.

III. Bituricenſis, Primas Aquitaniæ. Avaricum Biturigum Cuborum. Prima Aquitania. *Bourges* vulgo. In decreto Gratiani vocatur Patriarcha. Et aliquando legimus hunc titulum ipſos Bituricenſes præſules uſurpare. Sed Foro-Iulienſis Epiſcopus ipſe quoque vocatur Patriarcha, in vetuſtiſſimis annalibus Franciæ: *Paulinus Patriarcha Foro-Iulienſis obiit*.

IV. Turonenſis. Tertia Lugdunenſis. *Tours*. Cæſarodunum Turonum.

V. Lugdunenſis. Lugdunum Seguſianorum. Prima Lugdunenſis. *Lion*. Hodie primatus Cleri Gallicani.

Epi-

Epiſcopatus XXV.

Epiſcopatus VIII ſuffraganei Remenſi Metropolitæ ſive Archiepiſcopo.

I. Laudunenſis, Dux & Par Franciæ. olim Laudunum Clavatum. vulgo *Laon.*

II. Catalaunenſis. Comes & Par Franciæ. vulgo *Chaalon.*

III. Sueſſonenſis. olim Auguſta Sueſſonum. vulgo *Saiſſons.*

IV. Morinenſis. Teroana Morinorum. Retinet nomen, quamvis deleta à Carolo V Imper. Rom. Ejus Epiſcopalis ſedes Bononiam tranſlata, ubi eſt navale veteribus *Geſſoriacum* dictum.

V. Ambianenſis. Samarobrina Ambianorum. vulgo *Amiens.*

VI. Noviomagenſis. Comes & Par Franciæ. *Noion.* Ptolomæo *Noviomagus Vadicaſſium.*

VII. Silvanectenſis. Silvanectum; vulgo *Senlis.*

VIII. Belovacenſis. Cæſaromagus Belovacorum. Comes & Par Franciæ. vulgo *Beauvais.*

Epiſcopatus VII ſub Senonenſi.

IX. Pariſienſis. Lutetia Pariſiorum. *Paris.* caput totius Regni Francorum.

X. Car-

Epiſcopatus XXV.

Epiſcopatus VIII ſuffraganei Re-menſi Metropolitæ ſive Archiepi-ſcopo.

I. Laudunenſis, Dux & Par Fran-ciæ. olim Laudunum Clavatum. vulgo *Laon.*

II. Catalaunenſis. Comes & Par Franciæ. vulgo *Chaalon*

III. Sueſſionenſis. olim Augusta Sueſſionum. vulgo *Soiſſons.*

IV. Morinenſis. Terruana Morinorum. Retinet nomen, quamvis deleta Carolo V Imper. Rom. *Ejus Epiſcopalis ſedes Bononiam tranſlata, ubi eſt,* navale veteribus *Geſſoriacum* dictum.

V. Ambianenſis. Samarobrina Ambianorum. vulgo *Amiens.*

VI. Noviomagenſis. Comes & Par Franciæ. *Noyon.* Ptolomæo *Noviomagus Vadicaſſium.*

VII. Silvanectenſis. Silvanectum vulgo *Senlis.*

VIII. Belovacenſis. Cæſaromagus Belovacorum. Comes & Par Franciæ. vulgo *Beauvais.*

Epiſcopatus VII ſub Senonenſi.

IX. Pariſienſis. Lutetia Pariſiorum. *Paris.* caput totius Regni Francorum.

x. Ca-

x. Carnutenſis. Autricum Carnutum; hodie *Chartres.*

xi. Aurelianenſis. Genabum Aurelianorum. vulgo *Orleans* Inepte vocant *Aureliam.* Temporibus Caii Cæſaris hæc urbs Carnutibus accenſebatur, & Aictrico parebat.

XII. Nivernenſis. Noviodunum Nivernenſium. vulgo *Nevers.*

XIII. Autiſſiodorenſis. Autiſſiodorum. vulgo *Auſſerre.*

XIV. Tricaſſenſis. Auguſtobona Tricaſſium. vulgo *Trois en Champagne.* vulgo Eccleſiaſtico *Treſſes*, corrupte, ut Noviomus pro Noviomagus.

xv. Meldenſis. Latinum Medorum. hodie *Meaux.*

Epiſcopatus IV ſub metropoli Burdegalenſi.

XVI. Pictavienſis. Auguſtoritum Pictonum. vulgo *Poitiers.*

XVII. Maleacenſis. Novus Epiſcopatus ex monaſterio, detractus ex Pictavienſi Diœceſi. vulgo *Maillezés.*

XVIII. Luxonenſis. *Luſſon.* Novus Epiſcopatus ex monaſterio, detractus ex Diœceſi Pictavienſi.

XIX. Enculiſmenſis. Auſonio *Eculiſma*; vulgo *Engouleſme.*

Epiſcopatus II ſub metropoli Turonenſi.

xx. An-

xx. Andegavenſis. vulgo *Angers.* Iuliomagus Andicavorum.

xxi. Cenomanenſis. *Le Mans.* veteribus, Vindicum Aureliorum Cenomanorum.

Epiſcopatus II ſub Metropoli Bituricenſi.

xxii. Claromontenſis. *Clermont.* Auguſto-Nemetum Alvernorum. Sidonio ejus urbis Epiſcopo dicitur tantum Alvernum.

xxiii. Sancti Flori. *Sainct Flour.* Novus Epiſcopatus delibatus ex Claromontenſi.

Epiſcopatus II ſub Metropoli Lugdunenſi.

xxiv. Lingonenſis. *Langres.* Dux & Par Franciæ. Andomatum Lingonum.

xxv. Matiſconenſis. *Maſcon.* Matiſco Eduorum.

Tribunal Tholoſanum ampliſſimum.

Inſtitutum à Rege Carolo VII. habet ſub ſe Diœceſes xxxi. In his Archiepiſcopatus III, Epiſcopatus xxviii.

Metropoles ſive Archiepiſcopatus III.

I. Narbonenſis. *Narbonne.* Narbo

Mar-

II. Andegavenſis. vulgo Anger[s] Iuliomagus Andicavorum.

III. Cenomanenſis. Le Mans. ... neribus, Vindicum Aureliorum Cenomanorum.

Epiſcopatus II ſub Metropoli Bituricenſi.

XII. Claremontenſis. Clermont. Auguſto-Nemetum Alvernorum. Si... nis ejus urbis Epiſcopo dicitur tantum Alvernum.

XIIII. Sancti Flori. Sainct Flour. Novus Epiſcopatus delibatus ex Claromontenſi.

Epiſcopatus II ſub Metropoli Lugdunenſi.

XIV. Lingonenſis. Langres. Dux & Par Franciæ. Andomatum Lingonum.

XV. Matiſconenſis. Maſcon. Matiſco Eduorum.

Tribunal Tholoſanum ampliſſimum.

Inſtitutum à Rege Carolo VII. habet ſub ſe Diœceſes XXXI. In his Archiepiſcopatus III, Epiſcopatus XXVIII.

Metropoles ſive Archiepiſcopatus III.

I. Narbonenſis. *Narbonne.* Narbo Mar-

Martius. Prima Narbonenſis, ſecunda Viennenſis.

II. Auſcenſis. *Auch.* Auguſta Auſcorum. Novem-populi. Civitas Novempopulonia. Inepte vulgo Eccleſiaſtico *Auxitanus Archiepiſcopus*, pro *Auſciorum* aut *Auſcorum*.

III. Toloſanus. *Toloſe.* Nova metropolis, detracta metropoli Narbonenſi. Novem-populi, quibus nominata eſt, ſunt: Convenæ, Conſaranni, Bigerrones, Lactoratenſes, Vaſates, Oloronenſes, Laſcarienſes, Tarbelli, Atirenſes; nam Lapurdenſes comprehenduntur ſub Tarbellis.

Epiſcopatus XXVIII.

Epiſcopatus IX ſub Metropoli Narbonenſi.

I. Nemauſenſis. Nemauſus Volcarum Arecomicorum. *Niſmes.*

II. Vcetienſis. *Vſets.* Vcetienſium civitas.

III. Lutevenſis. Luteva. *Lodeue* vulgo.

IV. Sancti Pontii Tomeriarum. *Sainct Pont de Tomiers.*

V. Aletenſis. *Alet.* pro quo in decreto & decretalibus aliquando perperam editum eſt Arelatenſis.

VI. Magalonenſis. *Monpelier.* ab

 Inſula

Inſula Magalone, ubi prius fuit ſedes Epiſcopalis, in Volcis Arecomicis.

VII. Bitierenſis. *Beſiers*. Bitieræ, aut Biteræ Septimanorum in Arecomicis.

VIII. Agathenſis. *Agde*. ἀγαθὴ τύχη. à Maſſilienſibus Græcis condita in Volcis Arecomicis.

IX. Carcaſſonenſis. *Carcaſſonne*. Carcaſſo Volcarum. Tectoſagum.

Epiſcopatus VII ſub Metropoli Bituricenſi.

X. Mimatenſis. *Mende*. Vicus Mimates Gabalorum vel Gabalitanorum. *Mende de Givauldan*. Nam ſyllabam *Ga* primam in vocibus, Galli mutant in *Gi*. Gabalitanum, *Givauldan*. Gabalum, *Gibet*. Garumna, *Gironde*.

XI. Caſtrenſis. *Caſtres*. Novus Epiſcopatus ex Albienſi à Ioanne XXII P. R. anno CIↃ CCC XXIX conſtitutus.

XII. Albigenſis. *Albi*. civitas Albigenſium. Epiſcopatus (inquit Chenu) qui inter cæteros Galliæ eſt opulentus, ex Abbatia ordinis S. Auguſtini à Bonifacio VIII anno CIↃ CC XCVII in ſtatum ſecularem fuit converſus.

XIII. Anicienſis. *le Puy en Velai*. civitas Velaunorum. hodie Podium Vellaunorum vocant. Præclara urbs (inquit Chenu) à Gerbario jugo, quo

Liger

Liger clarus amnis oritur, diſſita leucis ſex longioribus.

XIV. Rutenenſis. *Rodes*. Segodunum Rutenorum.

XV. Vabrenſis. *Vabres*. Novus Epiſcopatus ex monaſterio, abſciſſus à Rutenenſi. Anno CIↃ CCC XX.

XVI. Cadurcenſis. *Caors*. Divona Cadurcorum.

Epiſcopatus VII novi ſub metropoli nova Toloſa ex monaſteriis, detracti de diverſis, partim ſinguli de ſingulis, partim ſinguli de pluribus.

XVII. Apamienſis. *Pamiers*. in Comitatu Fuxenſi.

XVIII. Mirapicenſis. *Mirepoix*. à Ioanne XXII P. R. inſtitutus, anno 1317.

XIX. Sancti Papuli. *S. Papoul*. ab eodem, eodem anno inſtitutus.

XX. Montalbanenſis. *Montaulban*. ſive *S. Theodard de Montaulban*. ab eodem inſtitutus, cum ante ad Cadurcenſem pertineret.

XXI. Vaurenſis. *la Vaur*. ad acutum amnem in diſtrictu Lauracenſi.

XXII. Rivenſis. *Rious*. Rivi. Rivenſe Monaſterium.

XXIII. Lombarienſis. *Lombes*. Lombarienſe Monaſterium. octo leucis diſtat à Toloſa, cis Garumnam.

Epiſcopatus IV ſub Metropoli Auſcorum.

XXIV. Convenenſis. *S. Bertrand de Comenge.* Lugdunum Convenarum, olim ab exercitu Gunthranni R. dirutum, & ex ejus ruinis S. Bertrandi Fanum in Valle Capraria conſtructum.

XXV. Conſaranenſis: *S. Legier de Conſerans.* Civitas Conſarannorum.

XXVI. Tarbenſis. *Tarbe.* Tarba Bigerronum.

XXVII. Lactoratenſis. *Laictoure.* urbs eſt ad Ægircium flumen. vulgo *Le Gers.*

Epiſcopatus unicus ſub Metropoli Viennenſi?

XXVIII. Vivarienſis. Caſtrum Vivario Albenſium, vel Elvenſium. *Viviers.* Apud Cæſarem hactenus omnes interpretati ſunt *Albigenſes;* At Albigenſes ſunt in Aquitania ad flumen Tarnim; Albienſes vel Elvienſes ad Rhodanum.

Gratianopolitanum Tribunal.

A Carolo VII inſtitutum, ſeptennio poſtquam Toloſanum inſtitutum. Vulgo Parlamentum Delphinatus. Habet diœceſes VII. In his Archiepiſcopatus II, Epiſcopatus V.

Metro-

Epiſcopatus IV ſub Metropoli Au-ſcorum.

XIV. Convenenſis. *S. Bertrand de Comege.* Lugdunum Convenarum, ab exercitu Gunthranni R. dirutum, & ex ejus ruinis S. Bertrandi ſumptibus Valle Capraria conſtructus.

XV. Conſeranenſis: *S. Lizier. li Conſerans.* Civitas Conſerannorum.

XVI. Tarbenſis. *Tarbe.* Turba Bigerronum.

XVII. Laſtoracenſis. *Laiſtoure.* urbs eſt ad Ægircium flumen, vulgo *le Gers.*

Epiſcopatus unicus ſub Metropoli Viennenſi.

XVIII. Vivarienſis. Caſtrum Vivario Albenſium, vel Elvenſium. *Viviers.* Apud Cæſarem haſtenus omnes interpretati ſunt *Albigenſes*; At Albigenſes ſunt in Aquitania ad flumen Tarnum; Albienſes vel Elvienſes ad Rhodanum.

Gratianopolitanum Tribunal.

A Carolo VII inſtitutum, ſeptennio poſtquam Toloſanum inſtitutum. Vulgo Parlamentum Delphinatus. Habet diœceſes VII. In his Archiepiſcopatus II, Epiſcopatus V.

Metropoles ſeu Archiepiſcopatus.

I. Viennenſis. *Vienne.* Vienna Allobrogum. Prima Viennenſis.

II. Ebrodunenſis. *Ambrun.* Ebrodunum Alpium maritimarum. Quarta Viennenſis. Ebrodunum Caturigum. Aliud eſt Ebrodunum in finibus Helvetiorum, vulgo *Iverdun.*

Epiſcopatus III ſub Metropoli Viennenſi.

I. Valentinus. *Valence.* Valentia Segalaunorum, non autem Cavarum, ut eſt apud Plinium.

II. Dienſis. *Die.* Auguſta Dia Vocontiorum, in vet. inſcriptione. Hæ duæ diœceſes ab uno Epiſcopo reguntur, & tamen ſeparatæ ſunt, neque altera alterius jura uſurpat.

III. Gratianopolitanus. *Grainople.* à Gratiano Imp. ita dicta, cum ante *Cularo* vocaretur, ut in duabus egregiis inſcriptionibus legimus. Gratianopolis igitur eſt ſedes ampliſſimi Senatus Delphinatenſis ad flumen Iſaram ſita; cujus fluminis non ſemel meminit Plancus ad Ciceronem. Territorium illius urbis, vel potius ager ſuburbicarius, vocatur *Graiſivouldan* à vulgo Delphinatium, voce corrupta ex Gratianopolitano.

Epiſcopatus unus ſub Metropoli Arelatenſi.

IV. Tricaſtinenſis. *Sainct Antoni de Tricaſtin.* Auguſta Tricaſtinorū. Aliam civitatem ponit Ptolomæus, *Iulioma-gum Tricaſtinorum.*

Epiſcopatus unus ſub Metropoli Aquenſi.

V. Vapincenſis. *Gap.* Vapingum. Territorium dicitur *Gapenzois.*

Tribunal Burdigalenſe.

Inſtitutum primo à Carolo VII, annis IV poſt Toloſanum. Quum autem per populares factionis Anglicæ rebellaſſent Burdigalenſes, armis iterum à Carolo Burdigala recepta, mutilati ſunt privilegiis ſuis & Tribunali; & à decuria Senatus Pariſienſis tandiu recti ſunt, donec Ludovicus XI iterum Tribunal reſtituit. Hinc factum, ut Senatus Burdigalenſis, qui antea tempore Gratianopolitanum antecedebat, nunc poſterior ſit. Eſt quartus in ordine ſupremorum Senatuum Galliæ. Habetque ſub ſe Archiepiſcopatum I, Epiſcopatus XI.

Metropolis vel Archiepiſcopatus.

I. Burdigalenſis. *Bourdeaux.* Burdigala

Epiſcopatus unus ſub Metropoli Arelatenſi.

IV. Tricaſtinenſis. Sainct Anoi's [illegible]. Tricaſtina. Auguſta Tricaſtinorū. Aliam civitatem ponit Ptolomæus, [illegible] Tricaſtinorum.

Epiſcopatus unus ſub Metropoli Aquenſi.

V. Vapincenſis. *Gap.* Vapingum Territorium dicitur *Gapençois.*

Tribunal Burdigalenſe.

Inſtitutum primo à Carolo VII, annis IV poſt Toloſanum. Quum autem per populares factionis Angliæ rebelles Burdigalenſes, armis iterum à Carolo Burdigala recepta, mutilati ſunt privilegiis ſuis & Tribunali; & à decuria Senatus Pariſienſis tandiu recti ſunt, donec Ludovicus XI iterum Tribunal reſtituit. Hinc factum, ut Senatus Burdigalenſis, qui antea tempore Gratianopolitanum antecedebat, nunc poſterior ſit. Eſt quartus in ordine ſupremorum Senatuum Galliæ. Habetque ſub ſe Archiepiſcopatum I, Epiſcopatus XI.

Metropolis vel Archiepiſcopatus.

I. Burdigalenſis. *Bourdeaux.* Burdigala

gala Biturigum Viviſcorum. Secunda Aquitania.

Epiſcopatus IV *ſub Metropoli Auſcorum.*

I. Bajonenſis. *Bajonne.* Bajona Lapurdenſium in Tarbellis. nam totus ille tractus Syrtium, quas *Landas* vocant, dicitur *Lapurdum* Sidonio; hodie *Labord.* in finibus Regni Franciæ verſus Hiſpaniam.

II. Aquenſis. *Aqs.* Aquæ Tarbellicæ, Aquæ Tarbellorum.

III. Vaſatenſis. *Baſats.* Coſſio Vaſatum.

IV. Adurenſis. *Aire.* Atyrenſium civitas; vel Aturenſium. à flumine Atyro vel Aturo.

Epiſcopatus VII *ſub Metropoli Burdigalenſi.*

V. Xantonenſis. *Saintongne.* Mediolanum Xantonum vel Santonum. urbs hodie *Saintes.*

VI. Petrocorienſis. *Perigeux.* Veſuna Petrocoriorum. Etiam hodie Vetus oppidum illius civitatis vocatur Veſuna, & turris vetuſtiſſimæ ſtructuræ.

VII. Sarlatenſis. *Sarlat.* Novus Epiſcopatus, detractus Petrocorienſi. nam Ioannes XXII P. R. Abbatiam Ordinis

S. Benedicti in urbe Sarlatenſi ſitam in Epiſcopatum erexit anno 1317, ut in provincia Petrocorienſi duæ eſſent diœceſes fluminibus diſtinctæ, & ſic quod ultra flumina *de la Vezere* & *Dordoigne*, ab *Arche* uſque ad *Fleix* ſitum eſt, eſſet novæ diœceſis Sarlatenſis, reliquum Petrocorienſis.

VIII. Aginnenſis. *Agen.* Aginnum Nitiobrigum. In Plinio enim legendum; *Nitiobriges Tarne amne diſcreti à Toloſanis.* Ad Garumnam fluvium.

IX. Condomenſis. *Condom.* Novus Epiſcopatus in pago Aginnenſi ultra Garumnam, ex Monaſterio, delibatus de Aginnenſi.

X. Lemovicenſis. *Limoges.* Ratiaſtū Lemovicum.

XI. Tutelenſis. *Tulle.* novus Epiſcopatus ex monaſterio, deminutus de Lemovicenſi. *Tulle* civitas ſita eſt in valle ſatis frugifera, & duobus fluviolis cincta, quibus nomen Currezia & Solana, antequam hæc in illam ſe infundat infra ejuſdem urbis muros. Epiſcopatus hic conſtitutus à Ioanne XXII, anno CIↃ CCC XVIII, pro diœceſi aſſignans parochias quæ in Epiſcopatu Lemovicenſi jure antiquo ab Abbatia dependebant.

Tri-

S. Benedicti in urbe Sarlatenſi ſitam in Epiſcopatum erexit anno [illegible] in provincia Petrocoricenſi duæ eſſent diœceſes fluminibus diſtinctæ, & id quod ultra flumina de la Vezere & Dordogne, ab Arche uſque ad [illegible], eſſet novæ diœceſis Sarlatenſis, reliquum Petrocoricenſis.

VIII. Aginnenſis. *Agen.* Aginnum Nitiobrigum. In Plinio enim legendum. *Nitiobriges Tarne amne diſcreti Tolosanis.* Ad Garumnam fluvium.

IX. Condomenſis. *Condom.* Novus Epiſcopatus in pago Aginnenſi ultra Garumnam, ex Monaſterio, deſtitutus de Aginnenſi.

X. Lemovicenſis. *Limoges.* Ratiaſtũ Lemovicum.

XI. Tutelenſis. *Tulle.* novus Epiſcopatus ex monaſterio, deminutus de Lemovicenſi. *Tulle* civitas ſita eſt in valle ſatis frugifera, & duobus fluviolis cincta, quibus nomen Correzia & Solana, antequam hæc in illam ſe infundat infra ejuſdem urbis muros. Epiſcopatus hic conſtitutus à Ioanne XXII, anno CIↃ CCC XVIII, pro diœceſi aſſignans parochias quæ in Epiſcopatu Lemovicenſi jure antiquo ab Abbatia dependebant.

Tri-

Tribunal Aquenſe.

Inſtitutum à Ludovico XII. Sub eo ſunt diœceſes XIII. In his Archiepiſcopatus II; Epiſcopatus XI.

Metropoles ſive Archiepiſcopatus II.

I. Aquenſis. *Aix.* Aquæ Sextiæ Salyorum. Secunda Narbonenſis. Tertia Viennenſis. Sedes Parlamenti.

II. Arelatenſis. *Arles.* Arelate Salyorum. Arelate Sextanorum. Nova Metropolis, (inquit Scaliger;) neque mihi conſtat quando inſtituta; nam ante trecentos annos erat ſub Viennenſi Archiepiſcopatu. Sed alii notant, controverſiam de primatu inter Arelatenſem & Viennenſem Archiepiſcopos in Concilio Taurinenſi compoſitam; quod ad annum 445 & 450 referunt.

Epiſcopatus XI.

Epiſcopatus quinque ſub Metropoli Ebrodunenſi.

I. Dinienſis. *Dine.* Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum.

II. Graſſenſis. *Graſſe.* diſtat tribus leucis ab Antipoli, unde ſedes Graſſam tranſlata eſt ob maris viciniam & quotidianas piratarum incurſiones.

 III. Glan-

III. Glandatenſis. *Glandere.* Glanate.

IV. Sanitienſis: *Senas.* Sanitium Veſdantiorum in Alpibus maritimis.

V. Ventienſis. *S. Paul de Vences.* Ventium Neruſiorũ in Alpibus maritimis.

Nota. Epiſcopatus Graſſenſis & Ventienſis uniti fuerant bulla, XII Feb. CIↃ IↃ XCII, in gratiam G. le Blanc Epiſcopi; verum Stephano Boucicaut poſtea intercedente, unionem irritam & contra Regni privilegia ſanxit Conſilium Regium Senatus conſulto, XXI Nov. CIↃ IↃC I.

Epiſcopatus IV ſub Metropoli Aquenſi.

VI. Aptenſis. *Apt.* Apta Iulia Vulgientium. in Gallia Narbonenſi.

VII. Reienſis. *Ries.* male apud Sidonium & alios Regienſis. Civitas Reienſium.

VIII. Forojulienſis. *Feriuls.* Forum Iulium, Octavanorum colonia, Pacenſis, Claſſica. Epiſcopus (inquit Chenu) eſt Dominus Temporalis, & profano Dominii jure præeſt Civitati, & in urbe omnem habet juriſdictionem, exemta truncatione capitis & mutilatione membrorum.

IX. Ciſteronenſis. *Ciſteron.* Ciſtero. Segeſtoriorum civitas. Sita eſt urbs ad

Druen-

Druentiam rapidiſſimum flumen, in Provincia.

Epiſcopatus duo ſub nova Metropoli Arelatenſi.

x. Maſſilienſis. *Marſeille*. urbs Græcorum Phocæenſium.

xi. Telonenſis. *Tolon*. Telonum.

Tribunal Divionenſe.

Inſtitutum à Ludovico XII. Sub eo duo ſunt Epiſcopatus. *Diviocaſtrum* vocatur in martyrologiis vetuſtiſſimis.

Epiſcopatus II *ſub Metropoli Lugdunenſi.*

I. Auguſtodunenſis. *Auſtun*. Auguſtodunum Eduorum.

II. Cabillonenſis. *Challon ſur Saone*. ita ſcribi debet Gallice, non *Chaallon*. nam hoc eſt Catalaunum Caballinum, vel Caballionum Eduorum.

Tribunal Rotomagenſe.

Inſtitutum à Ludovico XII. ſub quo diœceſes VII. quarum Archiepiſcopatus I, Epiſcopatus VI.

Metropolis ſeu Archiepiſcopatus.

Rotomagenſis. *Röuen*. Rotomagus Venellocaſſium. Secunda Lugdunenſis. Sedes ampliſſimi Senatus Normanniæ.

Epiſco-

Epiſcopatus VI *ſub Metropoli Rotomagenſi.*

I. Abrincantenſis. *Aurenches* vulgo. Ingena Abrincantorum.

II. Ebroicenſis. vulgo *Evreux*. Mediolanum Aulercorum Eburovicum.

III. Bajocenſis. *Bajeux* vulgo. Bajocaſſes veteribus.

IV. Sajenſis. vulgo *Saïs*. Sajorum civitas. Incolæ (inquit Chenu) à Cæſare populi Seſuvii appellantur.

V. Conſtantienſis; *Contances*. Conſtantia. Conſtantia Caſtra, à Conſtantino Cæſare dicta, ut Papyrius Maſſonus exiſtimat.

VI. Lexonienſis. vulgo *Liſieus*. Vrbs cujus cives à Cæſare Lexovii appellantur.

Tribunal Redonenſe in Britonibus Aremoricis.

Inſtitutum ab Henrico II. Sub eo ſunt Diœceſes IX, omnes Epiſcopatus ſub Metropoli Turonenſi.

I. Briocenſis. vulgo *Sainct Brieu*. Briocenſis civitas, ſeu Briocopolis, à S. Brioco. inter duo flumina quæ Britones vulgo vocant *Le Trieu* & *l'Argennon*. Ptolomæo Tritius & Argennus.

II. Ma-

Epiſcopatus VI ſub Metropoli Rotomagenſi.

I. Abrincatenſis. *Avranches* vulgo. Ingena Abrincantorum.

II. Ebroicenſis. vulgo *Evreux.* Mediolanum Aulercorum Eburovicum.

III. Bajocenſis. *Bajeux* vulgo. Bajocaſſes veteribus.

IV. Sagienſis. vulgo *Sais.* Sajorum civitas. Incolæ (inquit Chenu) à Cæſare populi Seſuvii appellantur.

V. Conſtantienſis: *Coutances.* Conſtantia. Conſtantia Caſtra, à Conſtantio Cæſare dicta, ut Papyrius Maſſonus exiſtimat.

VI. Lexovienſis. vulgo *Liſieux.* Vrbs cujus cives à Cæſare Lexovii appellantur.

Tribunal Redonenſe in Britonibus Aremoricis.

Inſtitutum ab Henrico II. Sub eo ſunt Diœceſes IX, omnes Epiſcopatus ſub Metropoli Turonenſi.

I. Briocenſis. vulgo *Sainct Brieu.* Briocenſis civitas, ſeu *Briocopolis*, à S. Brioco. inter duo flumina quæ Britones vulgo vocant *Le Trieu & l'Argennon.* Ptolomæo Tritias & Argennus.

II. Ma-

II. Machlovienſis. vulgo *Sainct Malo.* Vrbs fere Oceano cincta eſt.

III. Leonenſis.vulgo *Sainct Paul de Leon.* Leonium oppidum Oſiſmiorum. Eccleſia dedicata S. Paulo.

IV. Nannetenſis. vulgo *Nantes.* Condivienum Nannetum. Nannetes Britanniæ Armoricæ populi, Cæſari & aliis veteribus noti.

V. Venetenſis. vulgo *Vannes.* Veneti ſatis noti commentariis C. Cæſaris.

VI. Tricorienſis. vulgo *Triguier. Landtriguier.* Trecora (inquit Chenu) oppidum in minori Britannia, circa annum 1OC ſedes Epiſcopalis erat in civitate Leſobienſi ad mare, qua circa annum 1OCC à Danis & Saxonibus ſolo æquata, tranſlata ſedes ad peninſulam *Trecor* dictam.

VII. Curoſopitenſis. vulgo *Cornovaille.* Coriſopitum oppidum Curioſolitarum, uti à Cæſare appellantur.

VIII. Dolenſis. vulgo *Dol.* Hic Epiſcopus habet Ius Pallii; & ideo locum habet inter Archiepiſcopos. Dolenſis urbs (inquit Chenu)paludibus circumdata, & fere in ultima Britanniæ parte ſita. Epiſcopus Comitis titulo honoratur, ac per multos annos ſe pro Archiepiſcopo geſſit, hodieque in Comitiis

tiis Ordinum Generalium Britanniæ primum locum inter Epiſcopos vendicat.

IX. Rhedonenſis. vulgo *Renes*. Condate Rhedonum. ſedes Parlamenti Britanniæ Armoricæ. ſita ſuper flumen Vigelaniam. vulgo *Vilaines*.

Atque hi quidem ſunt VIII ampliſſimi Senatus. (inquit *Scaliger.*) Sed accrevit ditioni Regis Franciæ Senatus ſupremus Benearnenſis, Chriſtianiſſimo Henrico Rege Navarræ capeſſente ſceptrum Regni Franciæ jure ſucceſſorio. Tamen Benearnenſis principatus ſemper ſeparatus fuit à ditione Francorum, & eodem jure fuit, quo regnum, quod eſt optimo maximo jure, id eſt, nulli ditioni ſubditum.

Benearnenſe Tribunal.

Ab Henrico Rege Navarræ Chriſtianiſſimi Henrici IV avo materno inſtitutum in Caſtro Palo. Sub eo ſunt Diœceſes II, uterque Epiſcopatus ſub Metropoli Auſcorum.

I. Laſcarienſis. vulgo *Leſcar*. civitas Laſcarienſium.

II. Oloronenſis. vulgo *Oleron*. Oloronenſis civitas.

Tri-

tis Ordinum Generalium Britanniæ primum locum inter Epiſcopos re-dunt.

IX. Rhedonenſis. vulgo Renes. Condate Rhedonum. ſedes Parlamenti Britanniæ Armoricæ. ſub imperio tamen Vigelaniam. vulgo Vilaine.

Atque hi quidem ſunt VIII ampliſſimi Senatus. (inquit *Scaliger*.) Sed acceſſit ditioni Regis Franciæ Senatus ſupremus Benearnenſis, Chriſtianiſſimo Henrico Rege Navarræ capeſſente ſceptrum Regni Franciæ jure ſucceſſionis. Tamen Benearnenſis principatus ſemper ſeparatus fuit à ditione Francorum, & eodem jure fuit, quo regnum, quod eſt optimo maximo jure, id eſt, nulli ditioni ſubditum.

Benearnenſe Tribunal.

Ab Henrico Rege Navarræ Chriſtianiſſimi Henrici IV avo materno inſtitutum in Caſtro *Palo*. Sub eo ſunt Diœceſes II, uterque Epiſcopatus ſub Metropoli Auſcorum.

I. Laſcarienſis. vulgo *Leſcar*. civitas Laſcarienſium.

II. Oloronenſis. vulgo *Oleron*. Oloronenſis civitas.

Tri-

Tribunal Mediomatricis urbis.

Habet Diœceſes III, omnes ſub Metropoli Treverenſi.

I. Mettenſis. vulgo *Metz*. Diviodunum Mediomatricum. olim ſedes regni Lotharingiæ.

II. Tullenſis. vulgo *Toul*. Tullum Leucorum. Epiſcopus, qui hodie præeſt, Comes Tullenſis & S.R. imperii Princeps appellatur *à Chenu*.

III. Virdunenſis. vulgo *Verdun*. Verodunum. urbs Belgicæ primæ peramœno ad Moſam ſitu, Comitatus titulo, qui penes Epiſcopum loci, clara. Igitur hodie (*Scaliger*) ſub ditione Chriſtianiſſimi Francorum Regis ſunt Diœceſes CXVI: in quibus CII Epiſcopatus, XIV Archiepiſcopatus.

Qui aliam Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum Galliæ enumerationem deſiderat, adeat Miræi Notitiam Epiſcopatuum & Ioannis Chenu Archiepiſcoporũ & Epiſcoporũ Chronologicam Hiſtoriam; qui ſuperioribus addit;

I. Bellicenſem Epiſcopum. vulgo *de Bellay*. qui in ducatu Sabaudiæ erat, & ſuffraganeus Epiſcopi Biſuntini in Burgundia; ſed ab anno 1601 juris Francici factus eſt, Breſcia per permutationem à Sabaudo accepta.

II. Bethle-

11. Bethleemitanum. vulgo *de Bethleem.* in Nivernenſi ducatu (cui perpetuo unita eſt Eccleſia S. Mariæ Bethleemitanæ in ſuburbiis oppidi Clamecienſis, immediate ſubjecta Sedi Romanæ) fundatum à Guidone Comite Nivernenſi, anno CIƆCCXXIII.

De perceptione fructuum Sede vacante, quam vocant Regaliam.

Duarenus lib. III, *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis & Beneficiis.* Princeps, quandiu vacat Epiſcopalis ſedes, prędiorum omnium adminiſtrationem ſuſcipit, ipſiſque arbitrio ſuo utitur ac fruitur: idque exiſtimant nonnulli ex clientelarum, ſeu, ut nunc loquimur, feudorum lege ortum eſſe; quod à vero non abhorret. Vt autem vacare deſinat Epiſcopalis ſedes, hæc requiruntur. 1. Novum Antiſtitem rite ac legitime creatum lectumve eſſe. 2. Vt Regis clientem jure-jurando in ipſius verba adactum eſſe; & literas regias, jurisjurandi hujus ſolemnis nomine apud præfecturam ratiociniorum receptas perſcriptaſque eſſe. 3. Aliis quoque literis opus eſt, quibus præfecti ratiociniorum, regio fundorum Epiſcopalium diſ-

penſatori

ſpenſatori mandent, ut novum Antiſtitem iis frui ſinat.

In haſce porro Eccleſias hoc jus Regaliorum Rex ſibi vindicat:

In tota provincia Senonenſi, excepta Diœceſi Antiſſiodorenſi; in qua Decanus & Capitulum dicuntur permutationem feciſſe cum Rege.

In tota provincia Rhemenſi, excepta Lemovicenſi, Cadurcenſi, Rhutenenſi, Albienſi, Mimatenſi.

In provincia Turonenſi, excepta Macloviẽſi, Venetenſi, Trecorẽſi, Coſiſopitenſi, Briocenſi, Rhedonenſi, Dolenſi.

In Archiepiſcopatu Burdigalenſi ſolum; non etiam in cæteris ejuſdem provinciæ.

In tota Normannia.

In provincia Auxitana & Arelatenſi, & per conſequens in tota lingua Occitana Rex nihil habet.

Eccleſiæ ergo cadentes in Regaliam ſunt hæ:

Senonenſis,	Pariſienſis,
Carnotenſis,	Aurelianenſis,
Eduenſis,	Trecenſis,
Rhemenſis,	Morinenſis,
Catalaunenſis,	Tornacenſis,
Sueſſionenſis,	Belluacenſis,
Laudunenſis,	Ambranenſis,
Noviomenſis,	Silvanectenſis,

Ee Bituri-

Bituricenſis,	Claromontenſis,
Turonenſis,	Cenomanenſis,
Alethenſis,	Cabilonenſis,
Rotomagenſis,	Abricenſis,
Conſtantienſis,	Lexovienſis,
Bajocenſis,	Sagienſis,
Ebroicenſis.	*Hæc è Paſcaſio.*

Porro, uti ex eodem Paſcaſio obſervandum; Regaliarum emolumentum hodie percipitur à Clericis Sanctæ Capellæ, (ut vocant,) quam S. Ludovicus raro opere ſtruxit, & ſequentes reges plurimis honoribus & muneribus cumularunt.

Botereus lib. xv. Nulli rerum Gallicarum forenſiumque vel mediocriter perito dubium eſt, ratione directi Dominii, patronatus feudaliſque clientelæ, jus antiquum eſſe Regibus, quod Regaliam vocant veteres, ab etymo rem ipſam ſignantes. Illud eſt, ut quandiu viduę Eccleſię orbitatem Paſtorum lugent, Rex vice cuſtodiæ & depoſiti, caduca beneficia conferat. Nec id cōmentitio aut nupero uſu, cum in Lugdunenſi Concilio jus iſtud à Gregorio x ſancitum ſit. At cum vetuſtati fides abrogari non poſſet, ad Diœceſes quæ ſunt citra Ligerim, nonnulli coercitam Regaliam eſſe voluerunt; & ad noviſſima hæc tempora dubitatio illa

ani-

animos occupavit ; quæ tamen plurimis arreſtis ſublata eſt. Sed dubitandi cauſa recens extitit, num ad Seguiſianos noviſſime regno additos jus iſtud porrigatur. Beleiſleus Epiſcopatus cum vacaret, Rex jure Regaliæ,poſſeſſoris obitu caducum Decanatum contulit; Pontifex itidem ; Sodalitium vero flaminum ſortitionibus atque urna electionis de ſuo gremio unum aſſumſit. Inter Triumviros lis ardua.electus,pontificiuſque contendebant,Regaliam regni veteribus terminis circumſcriptã, ad Seguiſianos non proferri, qui nuper acceſſiſſent cum priſcis ſuis legibus immunitatibuſque. Contra candidatus regius, partem illam Allobrogum regno ita coaluiſſe, ut diverſa & diſcriminata ab eo cenſeri non debeat : appendices induere naturam rei, cui adjunguntur, &c. Poſt arduam eluctationẽ fori, dicentibus Doleo, Manguineo & Monterolio, etiam ad Seguiſianos,olim Allobrogicæ ditionis,jus Regaliæ porrigi,decretum fuit.

XVIII.

DE REDITIBVS ECcleſiaſticis.

Thuanus lib. XXVIII. *Hiſtor. Comitiis ad Germani fanum, anno* CIↃ IↃLXI. Multa & ſacro Ordini detrimentoſa propoſita. Vt ex ſacerdotiis: Si IↃ numarias libras æquarint, quarta pars; ſi CIↃ, tertia; ſi III CIↃ librarum exceſſerint, dimidia pars decidatur, & ærario applicetur: qui XII CIↃ librarum annuos reditus percipiunt, his III CIↃ relinquantur, cætera Regi attribuantur. Cartuſianis item, Cœleſtinis, Mathurinis, Minimis ac Monialibus omnes reditus, qui ipſorum alimenti modum ſuperent, adimantur: item res ſoli omnes, exceptis præcipuis caſtellis ac ædibus, in quibus Epiſcopi & Canonicorum Collegia domicilia habeant, venundentur. Ex quibus ratione diligenter inita conſtabat, CXX librarum myriadas confici poſſe; quarum tertia parte ſacerdotibus relicta & fœnori collocata, tantum emolumenti dominis, quantum ex fundis ſuis rediret; reliquæ ſummæ ad æs regni diſſolvendum impenderentur; ſicque aucto regio ærario

rio tandem populus tributis, quibus ultra modum gravatur, in poſterum levaretur.

Bodinus. Caroli IX Regis juſſu cum cenſus ageretur bonorum Eccleſiaſticorum, in hoc imperio duodecim milliones annui reditus in *cenſum relatos* video, extra pecuniam & gratuitas oblationes. Id tamen parce ac tenuiter, ne ex vero cenſu invidia aut periculum Ordini Pontificio crearetur. Allemannus enim rationum publicarum Prætor, mihi curioſius omnia conquerenti narrabat, duos fere trientes agri Gallici ad ſacrum Ordinem poſſeſſione vel dominio pertinere. Incredibile id quidem mihi viſum eſt; tametſi non ignoro, quatuor ſupra centum Epiſcopos, duodecim Archiepiſcopos, quingentos & quadraginta octo Abbates, Curionum viginti ſeptẽ millia & quadringentos, ſi modo ſingulis urbibus & pagis ſinguli Curiones tribuantur; extra minores Archimandritas & cœnobia tenuium Monachorum vicatim mendicantium. Ac multo majores apud nos Eccleſiæ opes fuiſſent, niſi Ioannes XXII P. R. Nicolai Pontificis decretum antiquaſſet: quo licebat mendicantium Ordinibus prædia poſſidere, quæ uſu & fructu ad

ſe pertinerent, nexu vero & mancipio ad Pontificem maximum.

Vt autem, quantus ſit numerus Eccleſiaſticorum in Gallia, aliquatenus æſtimari poſſit, notandum ex Ioanne Chenu; in ſola Diœceſi Bituricenſi eſſe

Abbatias Ordinis S. Benedicti 15.
Abbat. Ordinis Ciſtertienſis 14.
Abbat. Ord. S. Auguſtini 5.
Prioratus Ord. Grandimontani 5.
Conventus Eremitarum 5.
Prædicatorum 1.
Carmelitarum 3.
S. Franciſci 8.
Capucinorum 4.
Minimorum 3.
Archidiaconatus ad Collationem ipſius Archiepiſcopi 9.
Archipresbyteratus 20.
Parochias & Prioratus urbis Bituricenſis 20.
Archipresbyteratus ad collat. aliorum 53.
Prioratus 1013.

Botereus lib. xv. Hiſtor. *ad annum* CIↃ IↃC VIII. Iam à biennio Rex Chriſtianiſſimus edictum indulſerat Clero Gallicano, ut intra quinquennium cenſus & fundos Eccleſiæ, ob penſitationes regiarum indictionum à quadrage-

dragesimo quarto anno diſtractos, ab emtoribus poſſeſſoribuſque, redhibito pretio, impenſiſque in rem neceſſario & utiliter verſis perſolutis, reciperent. Probavit magnum Conſilium ſanctionem, cautione adhibita, ne Eccleſiaſtici obtentu gratiæ edictalis, clam & ſemotis arbitris, apophoreta, &, ut Latio verbo noſtratem ſermonem adæquem, propinationes accipiant, edicti violatoribus inflicta mulcta quadrupli.

Quibus oneribus Eccleſiaſticus ordo prematur, in ſuperioribus abunde diximus, cum de Regio ærario ageretur.

XIX.

SERIES ET CHRONOLOGIA brevis Regum Galliæ.

DIviditur Ordo Regum Galliæ ſecundum tres familias. Quarum prima eſt *Merovingorum*, incipiens à Pharamundo vel (ut alii volunt) VVaramundo, anno Chriſti 419. Secunda eſt *Carolinorum*, à Pipino Rege patre Caroli Magni, anno Chriſti 751. Tertia eſt *Capetorum*, ab Hugone Capeto, filio Hugonis Magni, Comitis Pariſienſis, Du-

cis & Coneſtabilis Franciæ, anno Chriſti 988.

Prima Claſſis Regum Galliæ.

I. Anno Chriſti 419 Pharamundus, Honorio & Theodoſio II imperantibus. regnat annos II. fuit filius Marcomiri Ducis. Ioannes Tilius ſcribit, illum regnaſſe annos XX.

II. Anno Chriſti 430 Clodius ſive Clogio, cognomine Crinitus, & Comatus. regnat annos XVIII. Hic eſt Germanorum *Luitbeg* ſive *Luitbig*, (quaſi dicas *populi via*,) qui Francos ex antiqua Francia, quæ & Franconia trans Rhenum, in Gallias duxit.

III. Anno Chriſti 448 Meroveus, alias Merovingus. (à quo dicta eſt familia *Merovingorum*.) Ioannes Tilius ſcribit, proprie dictum fuiſſe *Meruvich*. regnavit ann. X. Hic vicit Attilam Regem Hunnorum in Campis Catalaunicis, in Campania, ut vult Ioannes Tilius, & non in Languedocia, ut alii memoriæ tradiderunt.

IV. Anno Chriſti 458 Childericus I, filius Merovei. Hic duxit in uxorem Baſinam conjugem Regis Thuringiæ; è qua ſuſtulit unum filium & duas filias. Regnavit annis XXIV. aut XXVI.

V. Anno Chriſti 484 Clodovæus magnus,

ci & Conestabilis Franciæ, an. Christi 988.

Prima Classis Regum Galliæ.

I. Anno Chriſti 419 Pharamundus, Honorio & Theodoſio II imperantibus, regnat annos XI. fuit filius Marcomiri Ducis. Ioannes Tilius ſcribit, illum regnaſſe annos XI.

II. Anno Chriſti 430 Clodius ſive Clogio, cognomine Crinitus, & Comatus, regnat annos XVIII. Hic eſt Germanorum *Luiken* ſive *Ludwig*, (quaſi dicas populi vir,) qui Francos ex antiqua Francia, quæ & Franconia trans Rhenum, in Gallias duxit.

III. Anno Chriſti 448 Meroveus, a quo Merovingus (a quo dicta eſt familia Merovingorum.) Ioannes Tilius ſcribit proprie dictum fuiſſe Merowich, regnavit ann. X. Hic vicit Attilam Regem Hunnorum in Campis Catalaunicis, in Campania, ut vult Ioannes Tilius, & non in Languedocia, ut alii memoriæ tradiderunt.

IV. Anno Chriſti 458 Childericus I, filius Merovei. Hic duxit in uxorem Baſinam conjugem Regis Thuringiæ; e qua ſuſtulit unum filium & duas filias. Regnavit annis XXIV, aut XXVI.

V. Anno Chriſti 484 Clodovæus magnus,

magnus, F. Childerici; primus Rex Chriſtianus. Hic duxit in uxorem Clotildem filiam Chilperi, ſororem Gundebaldi Regis Burgundionum. E qua ſuſtulit quatuor filios. Quorum primogenitus infans obiit: Childebertus fuit Rex Pariſiorum: Clodomirus Rex Aurelianenſium; Clotharius Sueſſionenſium. Clodovæus regnavit annos XXX. Suſtulerat quoque è concubina filium Theodoricum. Qui fuit Rex Auſtraſiæ: cujus Metropolis fuit Metz; & regnavit annos XXIII. Huic ſucceſſit fil. Theodebertus, annis XIV. Huic filius Theobaldus, annis VII: & obiit ſine hærede.

VI. Anno Chriſti 514 Childebertus Clodovæi f. Regnavit annos XLVI, ſecundum Tilium; & nullos maſculos hæredes reliquit.

VII. Anno Chriſti 560 Clotharius I, Clodovæi f. primo Rex Sueſſionenſium: dein totius Franciæ. Hic ſecundum Tilium regnavit annos L. Et è pluribus uxoribus & concubinis plures liberos ſuſcepit: quorum quatuor mares ipſi ſuperſtites fuerunt, & regnum inter ſe diviſerunt. Charibertus fuit Rex Pariſiorum: Guntrannus Aurelianenſium: Sigisbertus Auſtraſiæ: Chilpericus Sueſſionenſium.

VIII. Anno Chriſti 565 Charibertus, aliis Aribertus, Rex Pariſiorum; regnavit annis IX, & nullos liberos mares reliquit.

Guntrannus Rex Aurelianenſium, itidem ſine hæredibus obiit, poſtquam regnaſſet annos 33: anno Chriſti 593.

Sigisbertus Rex Auſtraſiæ, itidem obiit, poſtquam regnaſſet annos XIV, relicto filio Childeberto.

IX. Anno Chriſti 574 Chilpericus I, f. itidem Clotharii I, Rex Sueſſionenſium; qui plures quidem filios ſuſtulit, ſed unus tantum illi fuit ſuperſtes Clotharius.

Childebertus II, Rex Auſtraſiæ ex hæreditate paterna, quippe filius Sigisberti; &, teſtamento Avunculi Guntranni, Aurelianenſium: obiit poſtquam regnaſſet annos XVII. Et ſucceſſit filius Theodebertus II: qui regnavit annos XVII. Huic ſucceſſit frater Theodebertus, primo Rex Aurelianenſium; & regnavit ann. 18.

X. Anno Chriſti 588 Clotharius II, Grandis dictus, rurſus totius Franciæ Rex: & regnavit annos XLIV. & obiit anno 630, ſecundum Tilium.

XI. Anno Chriſti 630. aut, ut alii, 632. Dagobertus I: cui quidam cognomen Magni tribuunt, regnavit annos 14.

XII. Anno Chriſti 646: ut Tilius, 644, Clodovæus II. Sed Tilius vocat primum, ſecundum vulgarem errorem. Qui toti Franciæ præfuit, præter Auſtraſiam, cui Pater nothum ſuum Sigisbertum præpoſuerat. Regnavit Clodovæus annos 18: & reliquit tres filios, Clotharium, Childericum, & Theodoricum.

XIII. Anno Chriſti 663 Clotharius III, Rex Neuſtriæ & Burgundiæ. regnavit annos quinque, aut, ut alii, tantum tres. Ab hoc regni Gallici adminiſtratio & ſuprema authoritas penes Majores Domus ſive Præfectos Palatii eſſe cœpit, ſolo fere nomine Regibus relicto; de qua re vide Eghinartum in vita Caroli Magni.

XIV. Anno Chriſti 668 Childericus II, primum Rex Auſtraſiæ, dein totius Franciæ poſt obitum fratris. & regnavit XII annos, ſecundum Tilium: alii volunt, XIV.

XV. Anno Chriſti 680 Theodoricus III, fil. Clodovæi, poſt fratris mortem totius Franciæ Rex: qui regnavit annos XVIII, ſecundum Tilium. Sub eo Pipinus Præfectus Palatii fuit per totam Franciam.

XVI. Anno Chriſti 694 Clodovæus II, Tilio; aliis III, f. Theodorici. regnavit

vit annos 3. Pipino Præfecto Palatii.

XVII. Anno Chriſti 698 Childebertus III, Tilio, aliis II, cognomento Iuſtus, fil. Theodorici. regnavit annos XVII, ſecundum Tilium; alios, XVIII.

XVIII. Anno Chriſti 716 Dagobertus II, fil. Childeberti III. regnavit annos quatuor. Ipſo adhuc ſuperſtite per ſeditionem electus fuit in Regem frater illius Daniel, Clericus, & à ſuis dictus Chilpericus II. cujus Præfectus Palatii fuit Carolus Martellus.

. XIX. Anno 720 Clotharius IV. (quem Carolus Martellus videri volebat filium Theodorici III.) & regnavit annos II.

XX. Anno 726 Theodoricus IV, filius Dagoberti II. regnavit annos XV, eodem Martello Præfecto Palatii.

XXI. Anno 741 Childericus III, Theodorici fil. Sub tutela Pipini & Carlomanni Præfectorum Palatii, regnavit annos VII. dein ſub Pipino ſolo annos duos: & poſtquam novem annos veluti per ludibrium regnaſſet, anno 751 deſtitutus & tonſus fuit.

Alii Chilpericum II inter Reges numerant, atque ita numerum explent XXII.

Secun-

Secunda Claſsis Regum Franciæ.

XXIII. Anno 751 Pipinus cognomento Exiguus ſive Brevis, conſenſu nobilium & plebis, cum approbatione Zachariæ P.R. (ut volunt) regnum occupavit, & illud obtinuit annos 16, menſ. 4. Carlomannus minor natu illius filius, coronatus in oppido Sueſſionum, eam partem regni obtinuit quam patruus illius Carlomannus nomine Præfecti palatii obtinuerat. Sed cum anno 771 obiiſſet; frater illius major natu Carolus totum Regnum crevit.

XXIV. Anno Chriſti 768 Carolus cognomento Magnus Philippi fil. Regnavit annos 47, ſecundum Tilium: fuitque Imperator annos 14.

XXV. Anno Chriſti 814 Ludovicus I, Cognomento Pius, Caroli fil., Rex & Imperator. regnavit annos XXV. E duabus uxoribus plures filios ſuſtulit. Primogenitus illius fuit Lotharius, poſt patrem Imperator Germanorum; qui & poſſedit partem Franciæ & Burgundiæ, adeoque Provinciam. Hic monaſticam vitam amplectens, reliquit Ludovico majori natu filio ſuo Imperium & Italiam, Lothario II Lotharingiæ regnum, Carolo regnum Burgundiæ & Provinciæ; quo defuncto fine

ne hæredibus, Ludovicus Provinciam, Lotharius Burgundiam crevit. Lotharius quoque ſine hæredibus maſculis deceſſit, & regnum illius patrui illius diviſerunt. Secundogenitus Ludovici Pii fuit Pipinus Italiæ Rex; qui patre adhuc ſuperſtite obiit, & reliquit duos filios, Pipinum Regem Aquitaniæ, & Carolum; qui ambo ab Patruo Carolo regno & Dominiis privati ſunt.

XXVI. Carolus II, Calvus dictus, tertiogenitus Ludovici Pii filius. poſt patris obitum per partitionem inter fratres accepit Regnum Franciæ. Regnavit poſt patris obitum 38 annos. objit anno 878.

XXVII. Anno 878 *Ludovicus II*, cognomento Balbus, Caroli Calvi filius. regnavit annos duos.

XXVIII. Anno 880 Ludovicus III, & Carolomannus, filii nothi Ludovici Balbi Regnum inter ſe diviſerunt. Carolomannus accepit Burgundiam & Aquitaniam; Ludovicus reliquas provincias. Hic obiit anno 884, & ſolus regnavit Carolomannus, qui non diu ſuperfuit.

XXIX. Anno 885 Carolus cognomine Craſſus, Germanorum Imperator. In regnum accerſitus fuit ut Normannorum invaſioni occurreret. qui poſtea

ſtea tam regno quam imperio inutilis factus Imperium Arnulpho Cognato ſuo ceſſit; anno 890; poſtquam in Gallia regnaſſet annos quinque.

XXX. 890 Odo, Comes Andegavenſis, licet non eſſet è genere Caroli Magni, per ſeditionem fuit coronatus. & poſtquam biennium toti Franciæ præfuiſſet, in Aquitaniam fuit concluſus Obiit anno 899.

XXXI. Anno 892 Carolus III, cognomine Simplex, coronatus fuit Rhemis, ætatis anno XII. qui cum multis miſeriis conflictatus fuit. & obiit anno 929, poſtquam tantum XI annos ſui juris regnaſſet: ipſo enim ſuperſtite contra illũ fuit coronatus Robertus frater Odonis Regis Franc. Quo *cæſo in prælio* Sueſſionenſi, anno 923, fuit Rex Franciæ coronatus Radulphus Gener Roberti illius Regis (ut ſcribit *Tilius*) & cognatus Regis Caroli. alii ſcribunt fuiſſe filium Richardi Ducis Burgundionum & fratrem Odonis; & regnaſſe annos 2.

XXXII. 929 Ludovicus IV, dictus Vltramarinus, fil. Caroli Simplicis; ab Hugone Magno Comite Pariſienſi ex Anglia in Regnum revocatus; & Laoduni coronatus: Hugo autem Palatii Præfectus Regem obnoxium tenuit, &

non-

nonnumquam bello petivit, atque etiam captivum habuit. Obiit hic Rex anno 954, poſtquam 18 annos regnaſſet, ut ſcribit Tilius.

xxxiii. 954 Lotharius Ludovici F., Hugone annitente coronatus Rex. Hugo autem obiit anno 955; neque propterea Regis authoritas aucta fuit, filiis illius Regi negotiũ faceſſentibus. Anno 960 Hugoni Capeto munus Præfecti palatii conceſſit, & Pictavienſem provinciam; fratrem autem illius Othonem creavit ducem Burgundiæ. Deceſſit Rex anno 986, poſtquam 32 annos regnaſſet.

xxxiv Ludovicus V, Lotharii F, Patre adhuc ſuperſtite Rex coronatus. Patre defuncto vix annum ſuperfuit, veneno, ut creditur, extinctus ab iis qui Regno inhiabant.

Tertia Claſsis Regum Franciæ.

xxxv. Anno 988 Hugo cognomento Capetus coronatus fuit Rex Franciæ Novioduni. erat autem primogenitus Hugonis Magni, Com. Pariſiorum. Regnavit annos 9.

xxxvi. 997 Robertus filius Hugonis. Regnavit annos 24, ſecundum Tilium; obiitque anno 1030.

xxxvii. Anno 1030 Henricus I, Roberti

berti

berti filius. Regnavit annos 30.

XXXVIII. Anno 1061 Philippus I, Henrici filius, vivo patre coronatus anno 1059. regnavit annos 49; obiitque anno 1109.

XXXIX. Anno 1109 Ludovicus VI, cognomento Craſſus, Philippi filius, Aureliani coronatus. regnavit annos 28. obiit Pariſiis anno 1137.

XL. 1137 Ludovicus VII, dictus Iunior, vivo parente coronatus, unde illi agnomen: regnavit annos 43: obiit anno 1180.

XLI. Anno 1180 Philippus II, cognomine Auguſtus, Ludovici filius, patre ſuperſtite coronatus; regnavit annos 43; obiitque anno 1223.

XLII. Anno Chriſti 1224 Ludovicus VIII, Philippi II fil. Hic vivente patre in Regnum Angliæ à Baronibus fuerat vocatus contra Ioannem Angliæ Regem; ſed Ioanne defuncto & turbis ſedatis in Galliam fuit remiſſus. Regnavit annos 3, & menſes 4: Obiitq; anno 1226.

XLIII. Anno Chriſti 1226 Ludovicus IX, cognomine Sanctus. Regnavit annos 44: Obiitque in Africa anno 1270.

XLIV. Anno Chriſti 1271 Philippus III, cognomine Audax, fil. S. Ludovi-

ci; coronatus per Epiſcopum Sueſſionenſem, Rhemenſi ſede vacante. regnavit annos xv; obiitque anno 1285. Ab hujus filio tertiogenito Carolo ſtemma Valeſiorum deducitur.

XLV. Anno Chriſti 1285 Philippus IV, cognomento Bellus, coronatus Rhemis. Hic duxit in uxorem Ioannam hæredem Regni Navarræ. Regnavit annos 28; obiitque anno 1314.

XLVI. Anno Chriſti 1315 Ludovicus X, cognomento Hutinus, Philippi Belli F. Coronatus fuerat Rex Navarræ anno 1307, & Franciæ anno 1315 Rhemis. Illius filia Ioanna *nupſit Philippo* Comiti Ebroicenſi; qui uxoris nomine factus eſt Rex Navarræ. Regnavit annum unum, menſes 4; obiitque anno 1316.

XLVII. Anno Chriſti 1316 Philippus V, cognomine Longus, filius Philippi Pulchri ſecundogenitus. Regnavit annos 5: obiitque anno 1321. Hujus filia major natu Ioanna nupſit Eudoni III Duci Burgundiæ, & in familiam illam intulit Comitatum Burgundiæ & Arteſiæ: ſed Comitatus illi per obitum nepotis illius Philippi redierunt ad Margaritam ſecundogenitam filiam ejuſdem Regis Philippi Longi; quæ nupta fuit Ludovico Comiti Flandriæ;

è quo

è quo connubio nata eſt Margarita Flandrica, conjux Philippi Francici, Ducis Burgundiæ; atque uterque Comitatus deſcendit ad Domum Burgundicam ſecundi Stemmatis, non ſine controverſia.

XLVIII. Anno Chriſti 1321 Carolus IV, cognomine Pulcher, frater Philippi Longi, coronatus Rhemis. Regnavit annos ſex & aliquot menſes; obiitque anno 1327.

XLIX. Anno Chriſti 1328 Philippus VI, cognomine Valeſius; Philippi Audacis è Carolo filio nepos. Coronatus Rhemis. Regnavit annos 22 & quinque menſes; obiitque anno 1350.

L. Anno Chriſti 1350 Ioannes Philippi Valeſii F., coronatus Rhemis. Hic in prœlio captus à Principe VValliæ captivus in Angliam fuit ductus. Regnavit an. 14; obiitque Londini anno 1364. Hujus filius ſecundogenitus factus fuit Rex Siciliæ & Neapolis. Philippus autem ejuſdem filius Dux Burgundiæ duxit Margaritam Flandricam, de qua ſupra diximus.

LI. Anno Chriſti 1364 Carolus V, cognomine Sapiens, Ioannis filius, coronatus Rhemis. Regnavit annos 16; obiitque anno 1380. Hic ſacras literas in linguam vernaculam Francicam

verti curavit à Nicolao Oreſmio; & regnum, quod Angli pene totum occupaverant, recepit.

LII. Anno Chriſti 1380 Carolus VI, Caroli V fil., coronatus Rhemis. Ejus filia ultima Catharina nupſit Henrico VI Regi Angliæ; quem Rex hæredem Regni inſtituit, filio Carolo exhæredato. ab eo tempore Reges Angliæ, Franciæ ſe quoque Reges ſcripſerunt, & lilia ſcuto ſuo admiſcuerunt. Regnavit Carolus annos 42; obiitq; anno 1422.

LIII. Anno 1422 ſucceſſit Carolus VII, cognomine Victor; ſed primum fuit coronatus Rhemis, anno 1428. Regnavit annos 39; obiitque anno 1461.

LIV. Anno Chriſti 1461 Ludovicus XI, Caroli VII filius, coronatus Rhemis. Regnavit annos 22; obiitque anno 1483.

LV. Anno Chriſti 1484 Carolus VIII, cognomine Exiguus, Ludovici XI filius, coronatus Rhemis. Hic duxit in uxorem Annam hæredem Britanniæ, promiſſam Maximiliano Imperatori. Regnavit annos 14; obiitque anno 1497.

LVI. Anno Chriſti 1498 Ludovicus XII, antea Dux Aurelianenſis, Pater populi cognominatus. Sanguine proximus

ximus Carolo VIII. Quippe Carolus V Franc. R. filium habuit Ludovicum Ducem Aurelianenſem; qui duxit in uxorem Valentinam filiam Ioannis Galeatii Ducis Mediolanenſis; cui natus fuit Carolus Dux Aurelianenſis, pater hujus Ludovici XII. Porro Ludovicus hic divortio facto cum Ioanna fil. Ludovici XI, duxit Annam Britannicam viduam Caroli VIII; è qua nulli mares ſupervixere. Poſtremo duxit Mariam filiam Henrici VII Angl. Regis. Regnavit annos 17; obiitque anno 1514.

LVII. Anno Chriſti 1514 *Franciſcus I*, cognomento Valeſius, coronatus Rhemis; antea Dux Angoleſmenſis. Proximus agnatus Regis defuncti. Nam Carolus Pater Ludovici XII fratrem habuit Ioannem Aurelianenſem, Comitem Angoleſmenſem; qui 23 annos in Anglia obſes fuit; & filium habuit item Carolum; qui duxit in uxorem Ludovicam Sabaudam filiam Comitis Seguſianorum & poſtea Ducis Sabaudiæ; è qua ipſi natus Franciſcus hic. Qui varia fortuna regnavit annos 32; obiitque anno 1546. Princeps vel hoc nomine ab omnibus literatis laudandus, quod linguarum artiumque liberalium ſtudia expulſa barbarie reſti-

 tuit,

uit, & literatos ſingularari amore complexus fuit. Vxor illi fuit Claudia, Ludovici XII filia, Duciſſa Britanniæ.

LVIII. Anno Chriſti 1546 Henricus II, Franciſci filius, coronatus Rhemis anno 1547. Hic duxerat in uxorem Catharinam de Medices. è qua ipſi nati quinque filii & totidem filiæ. Regnavit annos 12; obiitque anno 1559.

LIX. Anno Chriſti 1559 Franciſcus II, Henrici II fil. primogenitus, coronatus Rhemis. Hic duxit in uxorem Mariam Reginam Scotiæ; è qua nullos liberos ſuſtulit. Obiit ætatis ſuæ anno 23, poſtquã regnaſſet ſedecim menſes.

LX. Anno *Chriſti* 1560 Carolus IX, Henrici II *filius*, coronatus Rhemis. Hic duxit in uxorem Eliſabetham Auſtriacam, Maximiliani Imperat. filiam. è qua tantum unam filiam ſuſtulit. Regnavit annos 14; obiitque anno 1574.

LXI. Anno Chriſti 1574 Henricus III, Caroli IX frater, relicto Regno Poloniæ quod paulo ante adierat, in Galliam reverſus, coronatus fuit Rhemis anno 1575. Duxit in uxorem Aloiſiam Lotharingam Comitis Vaudemontii filiam: è qua nullos liberos ſuſcepit. Regnavit annos quindecim, menſes duos,

duos, cum variis miſeriis, & continuis pene bellis civilibus, & domeſticis ſeditionibus colluctatus; & tandem indignum in modum etiam à Pontifice Romano habitus ob Guiſii cædem, & ſacris prohibitus, à Monacho Dominicano Iacobo Clemente fuit occiſus anno 1589. Princeps raris ingenii & corporis dotibus ornatus, quas ignavo otio & per deſides voluptates fere corrupit. In hoc Valeſiorum familia defecit.

LXII. Anno Chriſti 1589 Henricus IV, cognomento Magnus, è Borbonio ſtemmate, & ante Navarræ Rex per matrem, hoc jure Regnum adiit:

Stemma Borboniorum ſecundum Tilium.

S. Ludovicus Franc. Rex.

1. Robertus fil. illius, Com. Clermont.

2. Ludovicus I Dux Borboniæ.

3. Iacobus Comes Marchæ, Coneſtabilis Franciæ.

4. Ioannes I, Com. Vindocinus.

5. Ludovicus Com. Vindocinus.

6. Ludovicus Vindocinus, Magnus Franciæ Magiſter.

7. Ioannes II, Com. Vindocin.

8. Franciſcus.

9. Carolus.

10. Antonius Rex Navarræ.

11. Henricus.

Alii tantum unum Ludovicum Vindocinum agnoſcunt; atque ita Henricus uno gradu propior fuerit S. Ludovico. Cæſo prædeceſſore ſuo ſtatim regnum adiit, ſed demum anno CIↃ IↃ XCIV Autrici Carnutum coronatus fuit. Poſt hydram ſeditionum feliciter ſublatam feliciter & glorioſe regnavit; & anno CIↃ IↃC X immani ſcelere à Ravillaco confoſſus fuit. Princeps vere magnus.

TrIſtIa ſangVIneo LILIa rore MaDent.

LXIII. Anno 1610 Ludovicus XIII, cognomento Iuſtus, Henrici IV filius, Rhemis inauguratus, hodieque feliciter regnat.

XX. DE

XX.

DE ECCLESIÆ GALLIcanæ libertate.

THuan. lib. XCIII, *ad annum* CIↃ IↃ LXXXVIII. Speſſæus, vir profundæ eruditionis ac judicii, ad hæc imperterrita eloquentia præditus, continua oratione orditur, & libertates Eccleſiæ Gallicanæ, quarum conſervandarum majores adeo ſtudioſi fuerant, non jura aut privilegia exorbitantia, ſed potius naturalia, ingenua ac communia jura eſſe dicit, quibus nulla Patrum definitione derogatum eſt Eccleſiæ Gallicanæ. Ea vero duobus præcipue capitibus concludi. priore, quod Pontificibus nullum jubendi aut ſtatuendi jus ſit de rebus, quæ ad civilem adminiſtrationem ſpectant, in ditionibusRegi Chriſtianiſſimo ſubjectis; &, ſi quid jubeant ſtatuantve, eorum juſſis ac ſtatutis Regis ſubditi, etiamſi ſacris initiati ſint, parere non teneantur. altero, quod licet Galli Pontificem in rebus ſacris ſupremam diſpenſationem habere fateantur, tamen in Gallia numquam potentia abſoluta & infinita locum habuerit, ſed ea, quæ canonibus & priſcorum conciliorum

in regno receptorum definitionibus quaſi intra terminos coërceatur. & in hoc maxime conſiſtere libertatem Eccleſiæ Gallicanæ.

Ex Defenſione Pariſienſis Curiæ, pro Libertate Eccleſiæ Galliæ, adverſus Romanam aulam, Ludovico XI quondam oblata. XI. Anno 1418 de ſententia & conſilio Antiſtitum & perſonarum Eccleſiaſticarum Regni ad tuendam Eccleſiæ libertatem facta fuit conſtitutio, qua reſervationes omnes & gratiæ Apoſtolicæ una cum exactionibus curiæ Romanæ interdictæ fuerunt.

XIV. Cum in Sacroſanctis Synodis Conſtantienſi & Baſilienſi multa decreta eſſent, tum veteribus Canonibus, tum iis de quibus jam diximus, conſtitutionibus Regis valde conſona: Carolus VII Rex, præſente Rege, qui tum Delphinus nominabatur, proceribus etiam regii ſanguinis, antiſtitibus, collegiis, tum Eccleſiaſticis tum ſcholaſticis, præſentibus, præterea auditis Oratoribus, tam Pontificis Romani, quam Sacroſanctæ Synodi univerſalis, tandem ea decreta accepit, & edicto ſuo confirmavit. quod vulgo pragmaticam ſanctionẽ appellamus. Geſtaque hæc ſunt in civitate Biturigum, anno 1438.

Vt hæc libertas illibata permaneret, decreta Concilii Tridentini hactenus in Gallia publica authoritate non fuerunt recepta, licet Pontifice Romano & pluribus Prælatis Galliæ acriter annitentibus. Prodieruntque variis temporibus varii libelli, quibus Libertas hæc Eccleſiæ Gallicanæ aſſeritur; quos Lector curioſus conſulat. Nobis hæc obiter monuiſſe ſufficit.

FINIS.

Errata quædam graviora, quæ per incuriam operarum irrepſerunt, ita emendanda.

Pag. 15. lin. 5. pro *paßim* lege *pars*. p. 18. l. 2. lege *Seſuvii*. p. 31. lin. ult. lege *Condate*. p. 35. l. 25. lege *ſinditur*. p. 49. lin. 20. leg. *Lemovices*. p. 52. l. pen. pro *qui Enore* lege *quietiore*. p. 55. lin. 20. lege *Autißiodorum*. ibid. l. 21. lege *Auxerre*. p. 56. l. 15. lege *l'Archambaud*. p. 67. l. 12. lege *arenam*. p. 69. l. 25. lege *Bajonam*. p. 73. l. 3. lege *Clivum*. p. 286. l. 8. lege *Botereus*. p. 397. l. 25. lege *de Budos*. p. 400. l. 24. lege *d Eſtampes*. p. 401. l. 19. lege *Glandeues*.

786297

Digitized by Google

Errata quædam graviora, quæ per
incuriam operarum irrepse-
runt, ita emendato.

Pag. 15. lin. 5. pro [illegible] lege [illegible]. p. 18
l. 2. lege [illegible]. p. 21. lin. ult. lege Cu-
dæ. p. 25. l. 25. lege [illegible]. p. 43. lin.
22. lege Lemovices. p. 52. l. pen. pro [illegible]
Eum lege [illegible]. p. 51. lin. 20. lege
[illegible] [illegible]. lege [illegible].
p. 56. l. 15. lege [illegible]. p. 67. l.
12. lege [illegible]. p. 69. l. 25. lege Bajo-
cam. p. 73. l. 3. lege Civam. p. 286. l. 8.
lege [illegible]. p. 397. l. 25. lege de Budæ.
p. 400. l. 24. lege d'Estampes. p. 406.
l. 19. lege Glandeves.

786297

Digitized by Google